LIBRVM

MEDITATIONVM

PROGYMNAS-


MATA

STANISLAI RESCH,

[illegible]

[illegible]

[illegible]



[illegible]

[illegible]

[illegible]

PIARVM MEDITATIONVM PROGIMNASMATA.

STANISLAI RESCII.

Psal. 118.

Cantabiles mihi erãt iustificationes tuæ: in loco peregrinationis meæ.



Ex officina Horatii Saluiani.

IN NAPOLI, Appresso Gio. Iacomo Carlino, & Antonio Pace:- 1594.

ANIMÆ PÆNITENTIS ET CHRISTI MISERENTIS COLLOQVIVM.

Ani- ma. VADAM, & affluam deliciis, & fruar bonis *Ecc.2*

Chri- stus. Anima quæ in deliciis est, viuens, mortua est *1.Timo.5.*

Ani- ma. Habeo multa bona, reposita in annos plurimos, requiescã, comedam, bibam, epulabor. *Luc.12.*

Chri- stus. Esca ventri, & venter escis, Deus autem & hunc & illas destruet. *1.Corin.6.*

A. Magnificabo opera mea, ædificabo mihi domos *Ecc.2*

C. Si non in timore Domini tenueris, te instanter, & cito subuertetur domus tua. *Eccl.27.*

A. Possidebo seruos & ancillas, multã familiam habebo & iumenta. *Ecc.2*

C. Sed omnia vanitas vanitatum, & omnia vanitas. *Eccl.12.*

A Coarceraui mihi argentum & aurũ, & substantias Regna, & Prouinciarum. *Ecc.2*

Lucæ 12. C. Stultè hac nocte animã tuam repetunt à te : quæ autem parasti, cuius erunt ?

Ecc.2 A. Magnus effectus sum, præcessi omnes sapientia qui fuerunt ante me.

Ro.12 1.Co.1 C. Non plus sapere, quam oportet, sed sapere ad sobrietatem, nã quæ stulta sunt mundi, elegit Deus vt cõfundat sapientes.

Mat. 8. Ibidẽ. A. Habeo sub me milites; Dico huic vade, & vadit, & alteri veni, & venit, & seruo meo fac hoc, & facit.

C. Sed quicunque voluerit in vobis primus esse, erit omnium seruus.

Abacuc. 1 A. Sed sæpe fit, vt conculcet impius iustiorem se, & tu sæpè respicis contemptores, & taces.

Lu.6. C. Sed beati eritis cum vos oderint homines, & cum separauerint vos, & exprobrauerint, & eiecerint nomen vestrum tanquam malum propter filium hominis

Io. 6. A. Domine. Durus est hic sermo

1.Corin.2. C. Animalis enim homo non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei, stultitia enim est illi, & non potest intelligere.

Eccl. 30. A. Domine, scriptum est. Tristitiã non des animæ tuæ, & nõ affliges temetipsum

ipſum in conſilio tuo.

C. Sed quæ ſecũdum Deum triſtitia eſt, pœnitentiam in ſalutem ſtabilẽ operatur, ſæculi autem triſtitia mortem operatur. 2. Corin.7.

A. Domine. tamen tu per Apoſtolum tuum dixiſti, Gaudete in Domino ſemper, & iterum dico gaudete. Phil. 4.

C. Gaudium iuſto, eſt facere iudicium, & pauor operantibus iniquitatem. Pr.21

A. Nonne tu dixiſti? Qui pie volunt viuere in Chriſto perſecutionem patientur. 2. Ti. 3.

C. Sed beati ſunt, qui perſecutionẽ patiuntur propter iuſtitiam talium eſt enim Regnum Cœlorum Matt. 5.

A. Spiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma. Matt. 26.

C. Sed dixit quidam ſeruus meus. Omnia poſſum in eo, qui me confortat Chriſto; Nam qui ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifixerunt, cum vitiis, & concupiſcentiis ſuis Phi.4 Gal. 5

A. Domine quod natum eſt ex carne, caro eſt, quod natum eſt ex ſpiritu, ſpiritus eſt. Ioã. 3

C. Sed ſi ſecundum carnem vixeritis, moriemini, ſi autem ſpiritu facta car Ro.8.

nis mortificaueritis, viuetis.

Eph. 5. & Ro.7. A. Domine. Nemo carnem suã odio habuit, Ego vero carnalis sum, venundatus sub peccato.

1.Corin.6. C. Et hæc quidẽ fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis, in nomine D. N. Iesu Christi, & in spiritu Dei nostri.

Ro.7. A. Ego tamen, Domine, video aliã legem in membris meis repugnantem legi mẽtis meæ, & captiuitatem me in lege peccati, quæ est in membris meis.

2. Ti. 2. C. Militia hominis super terrã, qui autem certat in agone, non coronabitur, nisi legitime certauerit.

Ro. 7. A. Domine non quod volo bonum, hoc ago, sed quod odi malum illud facio.

Ti. 1. Iac.4. C. Sic faciunt homines abominabiles, qui confitentur se nosse Deum, factis autem negant; scienti autem & non facienti, peccatum est. illi.

Eccl. 15. Sap.7 A. Sum & ego mortalis, homo similis omnibus, & in ventre matris figuratus sum caro, ex hominis semine.

1. Tessal. 4. C. Sed iussus es vas tuum posside re in sanctificatione & honore, non in passionibus desiderij, sicut, & gentes

quæ ignorant Deum

A. Scriptum eſt. Quod omnis caro ad ſibi ſimilem coniungitur, & omnis homo ſibi ſimili ſociabitur. *Eccl. 13.*

C. Sed fauus diſtillãs labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius, nouiſsima autem eius amara, quaſi abſynthium, & acuta quaſi gladius biceps. *Pr. 5.*

A. Tamen ſcriptum eſt. Lætare iuuenis in adoleſcẽtia tua, & in bono ſit cor tuum in diebus iuuẽtutis tuæ, & ambula in viis cordis tui, & in intuitu oculorum tuorum. *Eccl. 11.*

C. Attende fili ab omni fornicatione, quia neque molles, neque adulteri, nec fornicatores intrabunt in Regnum Cœlorum. *Tob. 4*

A. Domine qui ceciderit, nunquid non adiiciet vt reſurgat?

C. Etiamſi fornicata, es cum amatoribus multis, tamen reuertere ad me, ſaltem a modo voca me pater meus, dux virginitatis meæ es tu. *Ier. 3.*

A. Domine ſcio quod bonum eſt homini ſic eſſe, & beatiorem eſſe, qui ſic permanſerit, ſecundum Apoſtoli tui conſilium, ſed tribulationem carnis habebunt eiuſmodi. *1. Corin. 7.*

Ibidẽ. C. Sed qui ſic permanſerit ſollicitus eſt quæ Domini ſunt, quomodo placeat Deo. Qui autem cum vxore eſt, ſollicitus eſt quæ ſunt mundi

Ibidẽ. A. Vnuſquiſque Domine proprium donum habet ex Deo, alius quidem ſic, alius vero ſic: ſcio quod aliter non poſſem eſſe continens niſi Deus det.

Sap. 8 C. Et hoc ipſum eſt ſapientiæ, ſcire cuius eſſet hoc donum.

1. Io. 5 A. Scio Domine quia ex Deo ſumus, ſed mundus totus in maligno eſt poſitus.

Io. 16 C. Confide fili, ego vici mundum.

1. Io. 2 A. Domine, Nonne tu dixiſti? Quod omne quod eſt in mundo cõcupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ.

1. Io. 2 C. Et propterea etiam dixi. Nolite diligere mundum, neq; ea quæ in mundo ſunt; Nam ſi quis diligit mundũ, non eſt charitas Patris in eo.

1. Io. 4 A. Domine qui de mundo ſunt, ideo de mundo loquuntur.

Iac. 4 C. Sed amicitia huius mũdi, inimica eſt Dei, & qui noluerit amicus eſſe ſæculi huius, inimicus Dei cõſtituitur.

Sapiẽ. 15. A. Sed dicent homines, cinis eſt cor eius, & terra ſuperuacua ſpes eius, &

luto

luto vilior vita eius.

C. Sed si hominibus, ait seruus ille meus *Gal.* 1
placerem, Christi seruus non essem.

A Domine scriptũ est de te. Quod mul- *Io.* 12
ti ex Principibus crediderunt in eũ,
sed propter Pharisæos non confite-
bantur, vt e Synagoga non eijceren-
tur.

C. Quia dilexerunt gloriam hominum *Ibidẽ.*
magis, quam gloriam Dei

A. Angustię sunt mihi vndique; Si enim *Dan.*
hoc egero, mors mihi est: si autem nõ 13.
egero non effugiam manus illorum.

C. Si desperaueris lassus in die angustię, *Prou.*
imminuetur fortitudo tua 24.

A. Sed quæ est fortitudo mea, vt susti- *Iob.* 6
neam? aut quis finis meus vt patien-
ter agam? Nec fortitudo lapidum,
fortitudo mea, nec caro mea ænea
est.

C. Sed olim tibi dixit seruꝰ meus. Quod 2. *Co.*
non sumus sufficientes cogitare ali- 3.
quid à nobis, tanquam à nobis, sed
sufficientia nostra ex Deo est.

A. Domine audiui auditionem tuam, & *Aba-*
timui: audiui & cõturbatus est ven- *cuc.* 3
ter meus.

C. Sed non dedit vobis Deus spiritum 2. *Ti.*
timo- 1.

timoris, ſe d virtutis, & dilectionis.
Nonne vox de cęlo audita eſt, hic eſt
filius meus dilectus, ipſum audite.
1.Reg. 3. A. Loquere Domine quia audit ſeruus
tuus.
Matt. 6. C. Amen dico vobis. Non poteſtis Deo
ſeruire & mammonæ.
Ecc.7 A. Scriptum eſt tamen. Sicut protegit
ſapientia, ſic protegit pecunia.
Eccl. 10. C. Nihil eſt iniquius, quam amare pecuniam, hic enim & animam ſuã venalem habet, quoniã in vita ſua proiecit intima tua.
Prou. 13. A. Domine. Iterum ſcriptum eſt. Redemptio animę viri diuitiæ eius. Diues erat Abraham, Diues & inclytus erat Ioſaphat, diues & inclytus erat Ezechias, & alij.
Pſ.61 C. Sed ita erant diuites, ſicut ego præcepi. Diuitiæ ſi affluunt, nolite cor apponere. Quia qui confidit in diuitijs ſuis, corruet, & qui aurum diligit, non iuſtificabitur.
Eccl. 31. A. Ergo non omnibus oĩa expediunt, & non omni animæ omne genus placet.
Eccl. 13. & 17. C. Bona eſt ſubſtantia cui non eſt peccatum in conſcientia, & nequiſsima
pau-

pertas in ore impij, ſed ſunt multi impij, Dei gratiam transferentes in luxuriam. *Iudas in Epiſtolá.*

A. Etiam Domine, ſed & tres pueros in medio fornacis ardentis, ignis non tetigit, neq; contriſtauit, neq; quidquam moleſtiæ intulit. Et filij Iſrael per medium iter maris perrexerunt. *Da. 3. Exod. 14.*

C. Sed iidem, ſub monte Synai, cũ manducaſſent & bibiſſent, ſurrexerũt ludere: & vitulum conflatilem adorauerunt, & ceciderunt. *Exod. 32.*

A. Domine, Vniuerſa vanitas omnis homo viuens. Omnes nos quaſi oues errantes. *Pſ. 38 Eſ. 53*

C. Sed melior eſt vnus timens Deum, quam mille filij impij. *Eccl. 16.*

A. Beatus eſt quem ad hoc elegiſti, & aſſumpſiſti, inhabitabit in atrijs tuis. *Pſ. 64*

C. Non eſt diſtinctio Iudæi, & Græci. Nam idem Dominus omnium, diues in omnes, qui illum inuocant, æqualiter illi cura eſt de omnibus. *Rò. 10*

A. Sed ſcis Domine. Quod multæ ſunt inſidiæ doloſi, Bona enim in mala cõ uertens inſidiatur, & in electis imponet maculam. *Eccl. 11.*

C. Sed

Apo. 13. C. Sed iam proiectus est Draco. ille magnus serpens antiquus. qui vocatur Diabolus, & Sathanas, qui seducit vniuersum orbem: & proiectus est in terram, & angeli eius cum eo missi sunt.

A. Ille tamen sicut à principio, tanquã leo rugiens quærit semper quem deuoret.

*Ecc.*2 C. Propterea te monui, vt accedens ad seruitutem Dei stares in iustitia, & in timore, & præpares animã tuam ad tentationem.

Eccl. 31. A. Sed vigilia honestatis, tabefaciet carnes, & cogitatus illius auferet somnum.

2. *Corin.* 4. C. Verum id quod in præsenti est momentaneum & leuè tribulationis supra modum, in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis.

Psal. 126. A. Domine, Nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat qui custodit eam. Nisi Dominus ædificauerit domum in vanum laborauerunt qui ædificant eam.

Psal. 120. C. Ecce non dormitabit neque dormiuit qui custodit Israel.

Ge. 3. A. Scio Domine. Nihilominus & serpẽs calli-

callidior eſt omnibus animantibus.

C. Sed ego dedi ſeruis meis poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes, & ſcorpiones. *Luc.* 10.

A. Domine: Scriptũ eſt. Qui amat periculum, in illo peribit. *Ecc.* 3

C. Sed & hoc ſcriptum eſt. Quod illic trepidabant timore, vbi non erat timor. *Pſ.* 52

A. Domine. Quis poteſt dicere. Mundum eſt cor meum: purus ſum à peccato. *Prou.* 20.

C. Sed quis putas aſcendet in montem Domini aut quis ſtabit in loco ſancto eius. Innocens manibus & mundo corde. *Pſal.* 23.

A. Domine, Anguſta porta eſt, & arcta via, quæ ducit ad vitã, & pauci ſunt qui inueniunt eam. Lata eſt via ad perditionem. *Matt.* 7.

C. Sed verbum Patris cuſtodiẽs filius, extra perditionem erit. *Prou.* 29.

A. Domine. Quare conturbatur omnis homo. Tu enim dixiſti quod nemo noſtrum cogitans, poteſt adijcere ad ſtaturam, ſuam cubitum vnum. *Pſ.* 38 *Luc.* 12.

C. Ego vero non vane conſtitui filios hominum, ſed vt vitam habeant, & *Pſal.* 88.

abun-

abundantius habeant.

Io. 6. A. Domine tu dixiſti. Nemo poteſt venire ad me, niſi pater meus traxerit eum.

Iob 8 *Ex.*10 *Pr.6.* 2.*Para.*20 C. Vſquequo loqueris talia? & ſpiritus multiplex oris tui? vſquequo non vis ſubiici mihi, vſquequo puer dormies? Non eſt iſta pugna veſtra. Sed Dei.

Eccl. 10. *Da.*8. *Pſ.*87 A. Domine languor prolixus grauat me. Ego enim langui & ęgrotaui per dies, & oculi mei languerunt præ inopia.

Deut. 7. C. Auferet Dominus à te omnem languorem & infirmitates peſsimas.

*Pſ.*68 A. Infixus ſum in limo profundi, & non eſt ſubſtantia.

Luc. 10. C. Sed ego dedi vobis poteſtatem calcandi ſuper omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocebit.

Hier. 81. A. Domine. Adhuc modicum, veniet tempus meſsionis meæ.

Eccl. 5. & 10. *Pr.* 3. C. Sed ego præcepi. Ne tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem. Ne dixeris cras dabo, quia homo hodie eſt, & cras morietur.

Luc. 23. A. Latro in cruce pendens, iam moriturus dixit. Memento mei Domine.

Et

Et tu respondisti. Hodie mecum eris in Paradiso.

C. Vere dixit meus ille sapiens. Multos supplantauit suspicio eorum, & in vanitate detinuit sensus illorũ. Nonne & Iudas dixit. Peccaui tradens sanguinem iustum, & tamen abijt in locum suum, Ne dicas igitur. Misericordia Domini magna, est, multitudinis peccatorum meorũ non recordabitur. *Ecc. 3* *Matt. 27.* *Act. 1*

A. Domine tu dixisti. Cælum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt. Misericordia tua plena est terra. *Luc. 21.*

C. Sed & hoc quoq; dixi. Quod spes impiorum abominatio est, & spes impij tanquam lanugo est, quæ à vẽto tollitur, & tanquam spuma gracilis quę à procella dispergitur. *Iob 11* *Sap. 15.* *Iud. 6*

A. Tu tamen, Domine, nõ derelinques præsumentes de te & præsumẽtes de se, & de sua virtute gloriãtes humilias, scis quod cogitationes mortalium timidæ, & incerte prudentiæ nostræ. *Sap. 9*

C. Scio quod peruersæ cogitationes separant à Deo, spiritus enim sanctus disci- *Sap. 11*

disciplinæ, effugiet fictum: & aufe-
ret se à cogitationibus, quæ sunt sine
intellectu, cogitationes autem iusto-
rum iudicia.

Ge.8. A. Domine, Scis, quod sensus & cogi-
tationes humani cordis in malum
prona sunt ab adolescentia sua.

Pr.21 C. Vere dixit seruus meus. Vir impius
procaciter obfirmat vultum suum:
qui autem rectus est corrigit viam
suam; Sed ò pręsumptio nequissima,
vnde creata es aridã cooperire ma-
litia & dolositate illius?

Gen. A. Domine. Audiui vocem tuam, & ti-
Hyer. mui; sed scis quod semper præsumit
17. sæua, perturbata conscientia.
Non sis tu mihi formidini. Spes
mea tu in die afflictionis.

Ezec. C. Ego sum Dominus Deus sanctus Is-
33. rael, redemptor tuus, saluabo te, &
liberabo te, noli timere, & quare
moriemini domus Israel.

Psal. A. Domine saluum me fac a pusillami-
54. nitate spiritus.

Es.52 C. Ecce adsum ego ipse qui loquebar.
Confortare & esto robustus.

A. Quid me vis facere?

Es.52 C. Excutere de puluere, consurge, sede,

ſolue vincula colli tui, captiua filia Sion.

A. Ediſſere nobis parabolam iſtam. *Matt.*

C. Deſinè à malo & fac bonum. Quieſcite *13.* agere peruerſæ, diſcite benè facere, co- *Eſ. 1.* gitatum tuum habe in præceptis Dei, & in mandatis eius, aſsiduus eſto: & ipſe dabit tibi cor & concupiſcentia ſapientia dabitur tibi.

A. Hominis eſt animam præparare, & Do- *Prou.* mini gubernare linguam. *16.*

C. Sed ita præparare ſicut ego præcepi. Cũ *Deut.* quæſieris Dominum Deum tuum inue- *14.* nies eum, ſi tamen toto corde quæſieris, & tota tribulatione animæ tuæ.

A. Domine veni in altitudinem maris, & *Pſal.* tempeſtas demerſit me. *49.*

C. Quare dilexiſti verba præcipitationis lingua doloſa? Iacta cogitatum tuũ in Domino.

A. Beatus homo quem tu erudieris Domi- *Pſ 93* ne, & de lege tua docueris eum.

C. Confidenter ſtate & videbitis auxilium *2. Pa-* Domini ſuper vos. Nolite timere nec *ra. 20* paueatis, Dominus eſt vobiſcum.

A. Domine vim patior reſponde pro me. *Eſ. 38* Tabeſcere feciſti ſicut arenam animam meam.

C. Quæ ſecundum Deum triſtitia eſt, pœ- *2. Co.* niten- *7.*

nitētiam in ſalutem ſtabilem operatur. Sæculi autem triſtitia mortē operatur.

Pſ. 34 A. Domine, dic animæ meæ, ſalus tua ego ſum.

Pſ. 94 C. Quadraginta annis proximus fui generationi huic, & dixi ſemper, hi errant corde, ipſi vero non cognouerunt vias meas, ſi introibunt in requiem meam.

Pſal. 40. A. In hoc cognoui quod voluiſti me, neq; delectaſti inimicos meos ſuper me. Ecce labia mea non prohibebo Domine, Ecce Deus Saluator meus, fiducialiter agam & non timebo.

Pſ. 88 C. Et manus mea auxiliabitur tibi, & brachium meum confortabit te.

Prou. 23. A. Domine oculi tui vias meas cuſtodiunt

Pr. 3. 1. Ti. 5. C. Et ego dico. Præcepta mea cor tuū cuſtodiat, Qui enim cuſtodit os ſuū & linguam ſuam, cuſtodit ab anguſtia animā ſuam. Teipſum ergo caſtum cuſtodi.

Pſal. 106. A. Quis ſapiens & cuſtodit hæc? & intelliget miſericordias Domini.

1. Pe. 1 C. Sed vos in virtute Dei cuſtodimini per fidem in ſalutem.

Pſal. 118. A. Fiat igitur Domine manus tua vt ſaluet me. Non eſt enim tibi difficile ſaluare,

1. Reg. 14. vel in multis vel in paucis,

C. Et ego dico. Fugite, Saluate animas veſtras

ſtras

ſtras. Fugite de medio Babylonis,& ſal-
uet vnuſquiſque animam ſuam.

A. Intende animæ meæ, & libera eam propter inimicos meos, Attende Domine ad me. *Pſ.69 Hier 18.*

C. Attende tu tibi ne incidas *Eccl.*

A. Immo tu Domine mane nobiſcum, quia aduesperaſcit. *19. Luc.*

C. Dominus vobiſcum eſt, Si eſtis cum ipſo ſi dereliqueritis eum, derelinquet vos. *24. 2.P.5*

A. Tu dixiſti: expecta Dominum & liberabit te, libera igitur me de aquis multis. *Pr. 20 Pſ.143*

C. Vbi ſpiritus Domini. ibi libertas. *2.C.3*

A. Tu es qui ſanas cõtritos corde, ſana me ergo & ſanabor. *Pſal. 146.*

C. Tollite reſinam ad dolorem eius, ſi forte ſanetur. *Hier 51.*

A. Tu tantum Domine quia pius es miſerere noſtri, *Iud.7*

C. Tu quoque miſerere animæ tuæ, placẽs Deo. *Eccl. 30.*

A. Sed tu Domine omnipotens, audi nunc orationem mortuorum Iſrael. *Bar. 3*

C. Et ego dico. Tu quoq; audi quæſo vocẽ Domini, quam ego loquor ad te,& bene tibi erit,& viuet anima tua. Audi mandata vitæ auribus percipe,& ſciatis prudentiam. *Hier. 38. Bar. 3*

Nu. A. Surge tu tantum Domine, & dissipetur
10. inimici tui.
2.*Pa.* C. Tu quoque surge & fac,& erit Dominus
12. tecum.
Psal. A. Inclina ergo Domine cor meum in testi
118. monia tua.
*Pr.*2. C. Tu quoque inclina cor tuum ad cogno-
scendam prudentiam. Si enim inclina-
ueris cor tuum prudentiæ, tunc intelli-
ges timorem Domini, & scientiam Dei
inuenies.
Psal. A. In quacunque ergo die inuocauero te,
129. exandi me, multiplicabis in anima mea
virtutem. Iam igitur esto propitius mi-
hi peccatori.
*Lu.*18 C. Propter miseriam & gemitum paupe-
rum, nunc exurgam. Vis sanus fieri.
*Ro.*7. A. Velle adiacet mihi, perficere autem nõ
inuenio.
*Lu.*18 C. Quid tibi vis faciam?
*Ps.*26 A. Vt videam voluntatem Domini, & visi
tem templum eius
Hier. C. Ecce dedi coram vobis viam vitæ,& viã
21. mortis, Si volueritis & audieritis me,
bona terræ comedetis,si nolueritis,gla-
dius deuorabit vos.
*Ps.*88 A. Non mortui laudabunt te, Domine, ne-
que omnes qui descendunt in infernum.

Nunquid enim tu vane cõstituisti filios hominum?

C. Væ duplici corde, & labijs scelestis, & manibus malefacientibus, & peccatori terram ingredienti duabus viis. Qui timent Dominum non erunt incredibiles verbo ipsius. Nõne ideo erratis nescientes scripturas neq; virtutem Dei. *Ecc. 2*

A. Deus, Tu scis insipientiam meam, & delicta mea non sunt à te abscondita. *Mar. 12.*

C. Pænitet me fecisse hominem. *Ge. 6.*

A. Sed quare contracta est anima tua in nobis. *Zac. 11.*

C. Siquidẽ & anima vestra variauit in me. *Ibidẽ.*

A. Quare ergo fingis laborẽ in præcepto. *Ps. 99*

C. Tentat vos Dominus Deus vester, vtrũ diligatis eum. *Deut. 13.*

A. Scio quod dilectio Dei, honorabilior sapientia. *Ecc. 1*

C. Vsquequo ergo claudicatis in duas partes? si Dominus est Deus sequimini illũ, si autem Baal sequimini eum *3. Re. 18.*

A. Vere scio quod non sit alius Deus in vniuersa terra, nisi tantum in Israel Dominus meus & Deus meus. Quo itaq; ibo a spiritu tuo, & quo a facie tua fugiam? *4. R. 5* *Io. 20* *Psal. 138.*

C. Nullus sperauit in Domino & confusus est, scuto circundabit te veritas mea. *Ecc. 2* *ps. 108*

*Ps.*38 A. Domine, ſcio quod propter iniquitatem corripuiſti hominem. Quare, rogo te, eripe me de luto vt non infigar.

*Ps.*90 C. Eripiam eum, & glorificabo enm, longitudine dierum replebo eum. Non deſinam eis benedicere.
Hier. 32.

*Ps.*40 A. Nunquid qui dormit non adijciet, vt reſurgat.

*Io.*11 C. Reſurget frater tuus, nō enim mortuus eſt, ſed dormit:

Mar. 9. A. Credo Domine adiuua incredulitatem meam.

*Eſ.*32 C. Qui credit Deo, attendit mandatis, & qui confidit in illo, non minorabitur.

Ezec. 18. A. Tu dixiſti Domine. Facite vobis cor nouum, & ſpiritum nouum. Ecce paratum cor meum. In manus tuas commendo ſpiritum meum.

*Ps.*50 C. Sacrificium Deo ſpiritus cōtribulatus: cor contritum & humiliatum non deſpiciam. Si contra Deum fortis fuiſti, quanto magis contra homines præualebis?
Gen. 32.

Matt. 6. A. Sed rogo te, ne nos inducas in tentationem: nec me deſinas in tempore malo,

2.*M.*1 C. Immo vero, vos omne gaudium exiſtimate, cum in tentationes varias incideritis, ſciētes quod probatio fidei veſtræ patientiam operatur.
Iac. 1

Ergo Domine, ſpiritu principali cōfirma me, bonus enim eſt, & ſuauis ſpiritus tuus. *Pſ. 50* *Sap.* 12.

C. Sed in maleuolam animam non intrabit ſpiritus ſapientiæ, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis *Sap. 1*

A. Ergo Domine viſitatio tua cuſtodiat ſpiritum meum. *Iob* 10.

C. Sed nemo mittit vinum nouum in vtres veteres, alioquin rumpuntur vtres, & vinum effunditur & vtres pereunt. *Matt.* 9.

A. Domine ſi vis potes me mundare. Nam ab immundo quid mundabitur, & a mendace quid verum dicetur? *Matt.* 8. *Eccl.* 34.

C. Quotidie apud vos fui loquēs de Regno Dei mundare te volui, & non es mundata a ſordibus tuis, ſed veniens veniam, & non tardabo, eſt ſpes nouiſsimis tuis. *M. 26* *Ezec.* 24.

A. Adiutor meus, & protector meus, ne tardaueris; ſed Miſerere mei, ſecundū magnam miſericordiam tuā, & ſecundum multitudinem miſerationum tuarū dele iniquitatem meam. *Ab. 2.* *Hier.* 31. *Pſ. 39*

C. Sperantes in Domino, miſericordia circundabit. *Eſ. 38*

A. Amplius laua me ab iniquitate mea, & a peccato meo munda me. *Pſ. 50*

C. Recipiet ſanitatem caro tua atq; mun- *4. R. 5*

daberis.

Ps.50 A. Quoniam iniquitatem meã ego cognoſco, & peccatum meum contra me eſt ſemper.

Ps.91 C. Vir inſipiens non cognoſcet, & ſtultus non intelliget hæc.

Ps.50 A. Tibi ſoli peccaui & malum coram te feci vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cum iudicaris.

2.Re. 12. C. Dominus tranſtulit peccatum tuum.

Ps.50 A. Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum & in peccatis concepit me mater mea.

Ecc.4 C. Sed timor Domini expellit peccatum. Et qui ſine timore eſt non poterit iuſtificari.

Ps.50 A. Ecce enim veritatem dilexiſti, incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi.

Psal. 127. C. Vt videas bona Hieruſalẽ omnibus diebus vitæ tuæ.

Ps.50 A. Aſperges me Domine & mundabor, lauabis me & ſuper niuem dealbabor.

Eſ. 1. C. Si fuerint peccata veſtra, vt coccinum, quaſi nix dealbabuntur.

Ps.50 A. Auditui meo dabis gaudiũ & lætitiam, & exultabunt oſſa humiliata.

Ps.34 C. Exultent & lætentur omnes, qui volunt

iu-

iustitiam meam.

A. Auerte faciem tuam à peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele *Ps. 50*

C. Deleui vt nubē iniquitates tuas, & quasi nebulam peccata tua *Es. 44*

A. Cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectum innoua in visceribus meis. *Ps. 50*

C. Mundabo cor tuū, etiamsi feceris omnia opera meretricis & procacis. *Ez. 16*

A. Ne proijcias me à facie tua, & Spiritum sanctum tuum ne auferas a me. *Ps. 50*

C. Si vos cū sitis mali nostis bona data dare filijs vestris, quanto magis Pater vester de cœlo dabit vobis spiritum bonū petentibus se. *Luc. 12.*

A. Redde mihi lætitiam salutaris tui, & spiritu principali confirma me *Ps. 50*

C. Timor Domini delectabit cor, & dabit lætitiam, & gaudium in longitudine dierum. *Ecc. 1*

A. Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur. *Ps. 50*

C. Qui conuerti fecerit peccatorē, ab errore viæ suæ, saluabit animā eius à morte, & operit multitudinem peccatorum. *Iac. 5*

A. Libera me de sanguinibus Deus Deus meus, & exultabit lingua mea iustitiam tuam. *Ps. 50*

Quo-

Pſ.90 C. Quoniam in me ſperauit liberabo eum, protegam eum, quoniam cognouit nomen meum.

Pſ.50 A. Domine, Labia mea aperies, & os meū annuntiabit laudem tuam.

Pſ.80 C. Aperi os tuum & implebo illud

Pſ.50 A. Quoniam ſi voluiſſes ſacrificium dediſſem, vtiq; holocauſtis non delectaberis.

Eccl. 35. C. Sacrificium iuſti acceptū mihi eſt, & memoriam eius non obliuiſcetur Dominus

Pſ.50 A. Sacrificium Deo ſpiritus cōtribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies.

Oſ.14 C. Ego ſum qui ſanabo contritiones eorū, diligam eos ſpontaneæ.

Pſ.50 A. Benigne fac Domine in bona voluntate Sion, vt ædificentur muri Hieruſalem.

Iob 22. C. Si reuerſus fueris ad omnipotentē, ædificaberis, & longè facies iniquitatem à tabernaculo tuo.

Pſ.50. A. Tunc acceptabis ſacrificium, oblationes & holocauſta, tunc imponent ſuper altare tuum vitulos

Eſ.58 C. Et tu quoq; delectaberis ſuper Domino, & ſuſtollam te ſuper altitudines terræ, & cibabo te hæreditate Iacob Patris tui, Os enim Domini locutum eſt.

Pſ.38 A. Exaudi orationem meā Domine, & depre-

pre-

precationem meam, auribus percipe lachrimas meas. Tu enim dixisti. Effundite coram illo corda vestra. Ecce ego effundi coram te animam meam.

C. Propterea recipietis disciplinã, vt obediatis verbis meis *Hier.* 35.

A. Ecce ego sum stans iugiter per diem, & super custodiam meam ego sum stãs totis noctibus. *Es.* 21

C. Et ego vias tuas vidi, & sanaui, & reduxi. *Es.* 57

A. Misericordia Domini plena est terra. Quis enim ego sum, quia non sunt pro nihilo habita hæc in conspectu tuo, Domine?

C. Viuo ego dicit Dominus, Nolo mortem peccatoris, sed vt cõuertatur à via sua, & viuat. *Ezec.* 33.

A. Domine. Scriptum est. Quod melior est puer & pauper & sapiens Rege senè & stulto, qui nescit prouidere in posterũ. Quamobrem doce me facere voluntatẽ tuam. 2.*R.*7 *Ecc.*4

C. De propitiato peccato noli esse sine motu. *Ecc.*5

A. Domino in abscondito semper plorabit anima mea à facie superbiæ, plorãs plorabit, & educet oculus meus lachrymã. *Hier.* 13.

C. Veruntamen si præterea linguis homi- 1.*C.*13

num

num loquaris & Angelorum ſi habueris
prophetas,& noueritis myſteria omnia,
ſi habueris fidem , ita vt montes trãsfe-
ras, charitatem autem non habueris,
nihil es.

Cãt. 1 A. Domine, Ordina in me charitatem
Matt. C. Diliges Dominum Deum tuum ex toto
22. corde tuo, & proximum tuum ſicut te-
ipſum. In his duobus mandatis pendet
tota lex & Prophetæ.

1. R. 3 A. Loquere Dñe quia audit ſeruus tuus.
Matt. C. Et ſi hæc cuſtodiuiſti a iuuentute tua, &
11. vis perfectus eſſe, Vade vende quæ ha-
bes, & da pauperibus & habebis theſau
rum in cœlo; & veni, & ſequere me.

Matt. A. Non omnes capiunt verbum hoc, ſed
19. quibus datum eſt. Verum tu potens es
Pſ. 88 Domine & veritas tua in circuitu tuo.
Io. 15 C. Amen dico vobis. Quicquid petieritis
Patrem in nomine meo. Fiet vobis. Pe-
tite & accipietis. Quærite & inuenietis.
Pulſate & aperietur vobis.

1. *Ma.* A. Domine ſicut fuerit voluntas in cœlo,
3. ſic fiat
1. *Mat.* C. Secundum fidem veſtram fiet vobis.
9. A. Benedictus Dominus Deus Patrum no-
Zacc. ſtrorum in ſecula, Fiat. Fiat.
2. C. Lauda & lætare filia, quia ecce ego ve-

ro,&

nio, & habitabo in medio tui.

A. Veni & noli tardare. *Heb.*

C. Ecce venio cito, & merces mea mecum *10.*
est. *ap.22*

A. Veni Domine Iesu, veni Domine Iesu *Ibidē.*
Etiam cito venio. Amen. *Ibidē.*

MEDITATIVNCVLA DE MORTE.

Homo. Spiritus.

HOmo. Ecce æger ſum,& morior. Spiritus. Statutum eſt hominibꝰ ſemel mori. H. Sed viuenis morior. S. Lætare, quia citius ad metam peruenies. Non intereſt vtrum quis parùm an multum viæ confecit, quando quo debuit peruenit. H. In ipſo ætatis flore morior. S. Grati animi argumentum eſt, & citò & cumulatè quod accepiſti reddere. Ho. Sed parentes, & amicos immatura morte mea contriſtabo. S. Modò ne teipſum: citò ſiccantur hæredum lachrymæ. H. Has ergo tantas opes, has fortunas, has tàm amplas facultates relinquam? S. Si amorē earum anteà reliquiſſes, alacrius nunc ad mortē acceſsiſſes. H. Iam nunc & quidem libenter relinquerem, ſi ſaltem vitam retinerē: S. Quis tibi credet, qui cùm potuiſti non feciſti? H. Sperabam vitam diuturnã,& ex illis vitę præſidia petere,& proximo benefacere cogitabam. S. Sed ſciebas mortem

esse certam, mortis horam incertã. H. Putasne, quod saltem hoc bonum propositum meum acceptũ sit creatori? S. Accipit Dominus bonam voluntatem, vbi non inuenit facultatem. H. Ergo sine vlla spe, & consolatione mori debeo. S. Si aliam tibi in vita non parasti de hac ego sola valde timeo. H. Dic ergo quæso te. Quid in vita mea facere debebam? Quid omisi, quod omittendum non erat? Quid commisi, quod committendum non erat? vt de commissis, & ommissis simul doleam, & aliquam tamen in oculis Redemptoris mei gratiam inueniam S. Si fecisses, quæ à Deo mãdata sunt, si non fecisses, quæ à Deo vetita sunt, quodque te non fecisse nunc pænitet, in meliori nunc statu causam tuam versari vidisses. H. O vtinam omissa adhuc facere, commissa, adhuc plãgere, & eleemosynis redimere possem. S. O vtinã iam hæc fecisses omnia. H. pænitet me non fecisse, S. Et mihi dolet te tàm mali tempus tuum cõtriuisse, quod tibi ad laudandum Deum, & ad agendam de peccatis pœnitentia assignatum erat. H. Non ne placatur Dominus pœnitentia peccatoris? S. Placatur si non à primis libris tãtùm veniat, sed ex intimo cordis exeat, & ad extremum vsque maneat.

H. Iam

H. Iam extremum tempus meum video, & ideò ex corde profectò doleo. S. Extremũ ſuſpirium offers Domino, qui per tot annos vitæ tuæ, primogenita, mundo carni, & ſanguini obtuliſti, Ho. Nõ venit Dominus tãtùm ſaluare iuſtos, ſed peccatores, & hoc prætereà promiſit, quod quacunque peccator hora ingemuerit, ſaluus erit. S. Suſpirium ex neceſsitate natum, non ſolet eſſe Deo gratum, roga tamen Dominum, vt ſic in finem perſeueres. Ho. Iam finem vitæ meæ video, & cum ea mente propoſitoque morior. S. Immo nũc tibi maius inſtat periculũ, nunc maior imminet tẽtatio. H. Admone quæſo te ò ſpiritus quale ſit hoc vt caueã. S. Sæpè ante admonui, vt iſtius horæ, & tẽporis meminiſſes, & certè multùm ſæpè dolui, multumque fleui, quia non audiuiſti. Ho. Sed ſcis, quòd amicus in neceſſitate probatur. Quid autem reſpondebis de tuo offitio creatori, quia cum mihi datus pro cuſtode eſſes ad extremum vſq; mihi non affluiſti? S. Surdo nõ loquimur, nec cum lapide litigamus. Hoc verò iam tempore non eſt locus emendandi, ſed remunerãdi. Ho. Habe patientiam in me, ò bone Spiritus, & doce me, quæ mihi euenient in vltimo meo tranſitu ſi quid earum rerũ,

vel

vel cauere forte, vel tollerare potero. S. Vtinam modo hęc tibi scire prosit, cauere certe non poteris. Ho. Qui fugere inimicum non potuit, fortius sæpè in sua defensione pugnauit. S. Corpus hoc tuum quod antè ità delicate, ita sumptuosè nutriebas, quodq́; nunc languet, & deficit, ecce paulatim paulò post frigescet. Cor saltabit, pectus palpitabit, pulsus caprisabit, oculi tenebrescent, lingua obdurescet, guttur raucescet, dentes nigrescent, omnia vt lapis durescent, cuncta pallescent: nullus Medicus iuuabit, nulla medicina recreabit, nō pater, non mater, non frater, non amicus subleuabit; nullus cibus sapiet, nullus potus satisfaciet, nullus locus, nullus lectus proficiet. Loqui volis lingua non seruiet, spirare voles pectus deficiet, quęri cū amico voles non poteris. Intus ardebis, foris frigebis, intra calor, extra sudor signum deficientis corporis. Aderunt fortè amici, non eos videbis: loquentur tibi non eos audies: plangent super te non iuuaberis, monebunt te, non intelliges, fortè etiam antequam morieris te relinquent, quādo corporis tui fætorem sentient, fortè enim iam fætebis, antequam plenè moriaris. Ho. Sed Sacerdos assistet orans, animamq́; Deo cō-

mendans, ſpero quod & hæredes. S. Hæredes tua, crede mihi, non te curabunt, Pecunias tuas claues tuas, ciſtas tuas, loculos tuos te deſerto veſtigabunt. Familia verò quæret ipſa quoq; ſpolia, ornamenta cenaculorum te forte adhuc inſpectante detrahet, Inſtrumenta deliciarum tuarum diripiet, chara tua excutiet, ſecreta tua penetrabit: vix culcitram ſub te, vix copertam ſuper te, qua tua nuditas contegatur relinquet: fortè etiam de mollibus ſtratis tuis, in terram ſemiuiuum è lecto deturbabit, plumasq; tuas inter ſe, ſpirante te diuidet, fortè etiam os obturabit, fortè collũ franget, & contra hæc nullũ conſilium, nullum remedium. Ho. Omnium iſtorum minor iactura, & corpus moriatur vt vult, & opes rapiat, qui poteſt, modò ſpiritus ſaluus fiat. S. Laborante corpore, ne quæſo te putes à labore vacuum eſſe ſpiritum, longè, longè inquã grauior erit pugna Spiritus, quam defectio corporis. Ho. Rem horrendam narras. S. Sed nimis profectò veram. H. Verùm qs talia ſuſtinere poterit? S. Sola, Sola, inquam, bona cõſcientia, mala verò, non poſſum omnia dicere quantum pudebit, quantum timebit, quantum trepidabit, quantum flebit quantum patietur,
Ibi

Ibi aſtabunt coram oculis tuis omnia di-ćta, facta, cogitata tua, quæ in omni vita tua ſiue volens, ſiue nolens feciſti. Quodcunq; vnquam corde, ore, & opere, ſiue in publico, ſiue in ſecreto perpetraſti totum ſimul apparebit. Ibi ex improuiſo apparebunt etiam ea omnia peccata, quæ prius non cogitabantur, non æſtimabantur, non curabantur: latere ſepulta videbantur: riſus, & iocus putabantur. Ibi aſtabit turba tentatorum, dæmones infernales, viſu terribiles, formæ inſolitæ, horrendæ, quæ vel ex ſano homine animam expellerẽt, ſi quales ſunt, tales viderentur. Ibi ſe tibi varia ſpectra, & obſtupenda monſtra oſtendent, terrores inijcient, mala tua obiicient, exagerabunt, exprobrabunt, inſultabunt, fortè etiam corpus quoque tuum exanime ſemiq; viuum diuexabunt, & turbabunt: negare fortè voles facta tua, non poteris, excuſare, neq; hoc poteris: & ſi poſſes, nil iã tibi proderit, dicent ipſa pro ſe contra te in faciem tuam: Opera tua ſumus, ſi tu nos non feciſſes, nos non eſſemus; ſine te pati non debemus, tu nos feciſti, mens tua mala, lingua tua, manus tuæ fecerunt nos, tua, tua ſumus. Dicet Auaritia, ego quiete ſedebam in inferno, & in ſinu Plutonis quie-

scebã; tu me inde euocasti, & per me aliena improbissimè rapuisti, fraudasti, prædas fecisti, aliena bona, & possessiones inuasisti, tua verò bona auarissimè in antris, & specubus, & in terræ visceribus asseruasti secretissimè, panem esurientibus potũ sitientibus, nudis vestimentum denegasti, mercedem operarijs subtraxisti, domos ad domos, agros ad agros, vineas ad vineas nefariè adiũxisti: quod terra tua quod flumina tua, horti tui, syluæ tuæ, quod specus, & antra, & montes, quòd panis deniq; tuus quem comedisti, quòd potus quem bibisti, quod domus, quod lectum, quod cœlum ipsum, aurum, & gemmas non plueret doluisti. Et ideo sæpè creatorem tuum blasphemasti, sæpissimè proximum tuum superbè abs te reiecisti. Dicet superbia, ego apud patrem meum Luciferũ, in honori magno manebam, tu me excitasti, & vocasti, & per me creatorem tuum neglexisti, Proximum irrisisti, & læsisti, humiles conculcasti, superbos inquietasti, Pauperes contempsisti, diuites irritasti, omnia turbasti, quodque non solus toti mundo imperasti doluisti, omnibus te superiorem, præ te verò cætera omnia inferiora, vel nulla reputasti, bonis te putasti meliorem, eruditis doctiorẽ,

pru-

prudentibus ſapientiorem, diuitibus opulentiorem, malis te voluiſti videri peiorẽ, in vultu fuiſti auſterus, in habitu ſuperfluus, in cõuerſatione faſtuoſus, in ſermone luxurioſus, in motu lentus, in reſpondendo partus, in omni geſtu habituq́; corporis odioſus. in omnibus inuidioſus, gaudebas etiam & ſuperbiebas, quod in omnibus partibus in Aſia, in Africa, in Europa, multos vbiq́; ſeruitores & miniſtros, fundorumq́; factores, procuratores, & villicos, & hortulanos numerabas, qui propter te mundum inquietabant proq́; tuis commodis & vtilitatibus per fas, & nefas laborabant. Ira ſimiliter dicet, Et ego inter furias infernales offitium meum faciebam, & tu me inde eduxiſti, & per me multos multis iniurijs affeciſti, lęſiſti, calcaſti, ſpoliaſti, peſſum dediſti, vita ſpoliaſti, fortunis exuiſti, honoribus priuaſti, vbique cædes, vbiq́; clades, vbiq́; homicidia, & infortunia ſeminaſti, nullas iniurias, nulla obloquia: nullas admonitiones, correptiones, exhortationes ferrè moderatè voluiſti, Leoni fuiſti crudelior, Baſiliſco periculoſior, ſerpente venenoſior, in oculis flammam, in vultu truculentiã, in verbis ferociam geſtauiſti: quod alij per te viuerent, quod omnes ho-

mines vnam ceruicem non haberent, quam posses, cùm iratus esses arbitratu tuo scindere, doluisti. Gula similiter dicent. Ego apud diuitem epulonem in inferno opiparè conuiuabar, & tu me ad se inuitasti, & omnia quæ supra, & infra sunt propter gulam tuam inquietasti: propter te nulla in mundo de vita sua fuerãt secura animalia, nec feræ in syluis, nec aues in aere, nec pisces in mari: terram ipsam mille modis diuexasti, vt inordinatæ gulæ tuæ seruiret, herbas nouas, & mirabiles, & fructus fantasticos producere eã tuis artibus, & phantasijs coegisti, montes sępè diuisisti, specus, antra, saxa, cauernas, hiatus terræ inuestigasti, abyssum quoq; profundissimi maris, secretosq́; eius recessus propter gulã tuam inquietasti: procul à mari cum esses. pisces de secretis maris voluisti, procul à terra cũ esses, feras ab extremis terræ, & intimis syluis, & montibus quæsiuisti: nec satis tibi fuit, ita illis vti vt natura fecit, sed mille modis obtrũcasti, lacerasti, secasti, miscuisti, nouas ex illis naturas, nouas creaturas, nouas formas tibi figurasti, potus, & liquores diuersos finxisti, naturas mutans, & varians, & miscens, quasi singula nõ benè essent à tuo creatore ad vsum tuum condita,

comediſti, vt vomeres, vomuiſti vt ederes, fortaſsis autem, nec vnquàm cum fame comediſti, nec vnquàm cum ſiti bibiſti, & interim tot famulos, tot miniſtros, tot coquos, tot piſtores, tot pincernas infelices inſatiabilis gulæ tuæ miniſtros occupaſti, qui aliquid pro anima ſua melius feciſſent, ſi non gulæ tuæ tanto cum ſuo labore, & ſudore diebus & noctibus miniſtraſſent. Luxuria ſimili dicet, & ego in Regno Veneris, & Cupidinis molliter, & delicatè viuebam, Et me inde pertraxiſti, vt per me immenſas, & inſatiabiles libidines carnis tuæ ſatiares, & omne genus turpitudinum deguſtares. Te ipſum corrupiſti, alios corrũpere ſtuduiſti, nullius per te caſtitas fuit tuta, nullius pudicitia ſecura, nullius matrimonium quietum, nullius thorus immaculatus, ne templa quidem, & clauſtra, & monaſteria ab inſidijs, & libidinibus tuis tuta, ſecuraq; fuerunt, fornicationes, adulteria, incæſtus, ludum, iocumq; putaſti: nec tibi fuit ſatis ordo naturæ, ipſum quoque peruertiſti, viribus etiã corporis deficientibus, animo, & voluntate peccare non deſtitiſti, atq; vt peccare poſſes miris te artibus, & præſidijs, & cibis, & vnguentis fouiſti, & refouiſti, veſtitu laſciuo, picturis

Venereis,cibis calidis,odoribus delicatis, ædibus ornatis, mollibus ſtratis, floribus variatis, balneis balſamatis, muſicis, & cantibus & fiſtulis, ad omnem luxum atq; turpitudinem accommodatis:nõ ſatis fuit veſtes tuas, menſas, lectos, ſedes auro, argẽto gemmis, & ſericibus exornaſſe,et iam equos tuos,& mulos,& canes cæterasq́; beſtias, currus quoq; inſenſatos, & lecticas auro, & gemmis, ex altero orbe petitis veſtiuiſti : nec ſatis hoc, vili ſæpè vitro bibiſti, & in argento cacaſti. aures tuas ſæpè crudeliter perforaſti, gemmisq́; præcioſis oneraſti,manus tuas, & digitos aureis ſæpè laminis lapidibusq́; conſtrinxiſti, & ad hoc integra patrimonia profudiſti, ſubditos tuos colonosq́; miſerè diuexaſti,ſubſtantiã eorum emunxiſti, ſanguinem eorũ intemperantiſsimè ſorbuiſti. Turbam quoq; ſeruorum innumerã, minimæq́; neceſſariã ad hoc aluiſti, vt paratos haberes ad omnem luxuriam turpitudinis miniſtros, nec vllũ vnquàm genus exquiſitiſsimæ voluptatis prætermitteres, comptos pueros, celeres ſeruos, ornatos famulos in delicijs habuiſti, non optimos,ſed ornatiſsimos: non humiles ſed faſtuoſos, non ſimpliciſsimos, ſed aſtutiſſimos, & cautiſſimos, rerum libidinumq́;

numq́; adminiſtros, & fautores, adiutores, inuentores in tuis intimis reputaſti. Inuidia quoq; dicet. Et ego in angulo apud patrem meum ſedebam, plangens multorum emendationem, & correctionem: ſed tu opera mea vti voluiſti, vt proximo tuo Dei gratiam, profectum in omni bono, laudem, & amorem hominum, fælicitatẽ, fortunas, dignitates, honores, & alia tàm corporis, quam animi bona inuideres, famam lacerares, exiſtimationem minueres, benè facta, benèq; dicta in peiorem partem acciperes, & verteres: propter bonum proximi cor tuum contabuit, ſpiritus defecit, neminem bonum equis oculis, neminẽ fælicem, & fortunatum læto, hilariq́; vultu aſpexiſti. De omnibus tàm amicorũ quàm inimicorum fortunis, & bonis tabuiſti. Accidia quoq; dicet. Ego de factis, & dictis mortalium parum omninò cogitabã, quia meam quietem, meum ocium, meas tenebras, meum ſuauiſſimum lectulũ, & ſomnulum amabã, ſed tu me excitaſti, vt te quoque ociari, pigreſcere in omnibus rebus bonis negligentem, & ſupinũ, & remiſſum eſſe docerem, & certè in omnibus, & ſingulis optimè profeciſti. In laude creatoris tui, quàm rarus, quàm negligens, quàm tepi-

tepidus, quam frigidus fuisti non ignoras: pro bono saluteq; proximi verbum vnũ; facere, pedem vnum mouere, manum etiam te vertere pigebat pro salute tua, pro anima tua, vel nihil vel valdè parùm, in omni vita tua laborasti, tàm suauia, tàm læuia, tam facilia fuerunt creatoris tui mãdata: ad quę tamen manus admouere contempsisti. Sæpè etiam non ob vllam inopiã, sed ob mærã inertiã graue tibi fuit manus ad pauperem vociferantem extendere: sæpè quoque te vel imber vel tempestas, vel etiã lutum in platea, vel vestis longior vel splendidus calceus retinuit ne ægrotum visitares, ne carceratum liberares, ne iacentem erigeres. Vicissim autem ne præsentia quidem extremaq; pericula prohibere te potuerunt, ne ad ludos scænicos, ne ad choreas, ne ad spectacula, ne ad funambulos, ne ad stultos, & moriones properares. Quando verò confessionis, & communionis tempus veniebat, libentius profectò auditurus eras, si quis tibi dixisset, abi citò, & suspende te, quàm abi, & peccata tua sacerdoti confitere: pudebat te dicere, quod non pudebat facere: pudebat sanare, quod non pudebat vulnerare, quodq; vnum ad omnes, omnis generis pœnas inferendas

satis

ſatis eſſe poterat, pudebat, pigebatq́; , te quatuor illa ſalutaria, tamq́ efficatia verba ex animo dicere, Peccaui Domine, miſerere mei. Quę ſi fortè ex aliquo caſu quãdoq́; dicebas. Deus ſcit an firmum, & conſtans, & ſtabile propoſitum deinceps non peccãdi in animo tuo habueris. Forte enim cogitaſti, quod bonus eſt Dominus, quod patiens, quod miſericors, illud autem non cogitaſti, quo d maledictus eſt homo, qui in ſpem veniæ peccat. Si verò ad Eccleſiam aliquando veniebas, tanquàm illuſor aliquis Creatorem tuum, & glorioſiſſimã matrẽ eius, ſanctorumq́; eius imagines, & memorias, vno tantum genuflexus adorabas, ſæpè etiam molles tibi puluillos ſubſtrauiſti, & ſi quam orationem breuem, & ſuccinctam habuiſti, fortè ſola tantum labia in conſpectu hominum mouiſti, fortè verba etiam integra, vel amputaſti, vel omiſiſti, fortè etiam antequàm orationẽ Dominicam abſolueres dormiuiſti, fortè ſæpius oſcitaſti, vel antequã fini res diſceſſiſti, nec quid coràm Deo, & ſanctis eius vel diceres vel cogitares, aut vbi, vel coram quo ſtares cogitaſti: etſi quando deuotus valdè videri volebas, animoq́; tuo imperaueras, vt vnicum ſaltem valde breue Pater noſter diceres,

ceres, & aliquot Aue Maria. longã in manu coronam gestando, murmurabas, mens fortè tua non fuit tecum. Lingua quidem Pater noster murmurabat, sed cor tuũ per Thesauros tuos & campos, per vineas, per prædia, & cælaria inquietissimè ambulabat. In amoribus tuis, in horreis, & mercibus tuis, in foris, & iudicijs in lusibus, & choreis, in musicis, & choreis, & aleis, cæterisq; vanitatibus vagabatur, tot Ecclesiæ templa Capellæ, Monasteria, dies & noctes tua causa stabant aperta, tot indulgentiæ propositæ, tot conciones, tot stationes deuotissimæ, tu tamen hæc omnia propter solam tuam inertiã & pigritiã non tua, sed aliorum causa hæc omnia fieri cogitasti, ipse non frequentasti. Hæc & alia similia septem ipsa peccata mortalia, quibus Deum offendisti tibi fortè verissimè, & audacissimè exprobrabũt. teq; pęnis omnibus obijciendum, sempiternisq; & immortalibus ignibus dignissimum accusabunt. Tu verò ò anima misera, ò infœlix spiritus, quid ad hæc, quæso te, respondebis, sed nec respondere quicquàm poteris ad ea quæ in consciẽtia tua vera esse videbis, nisi quod te ipsum, sed frustra, & ò nimium frustra, & hæc omnia detestaberis. Quid autem ipsi quoq;

quin-

quinque corporis tui ſenſus, num & ipſi ſilebunt, quod illorum opera raro benè, ſæpiſſimè autẽ malè, vel inordinatè vſus, vel potius abuſus es, in contumeliam creatoris tui, in damnum, & iniuriam ipſius quoque corporis tui: oculis tuis maluiſti fortè videre mulierẽ pulchram, quàm Angelũ bonum, picturam Veneris,& Cupidinis quàm crucifixi, & glorioſæ Virginis. maluiſti Ouidium, & Dantem, & Boccatium,& Reiũ, cæterasq; fraſcas ineptorum Poetarũ quã Dauidem, & Salomonẽ, quàm Eccleſiaſten, & Prouerbia legere. Naribus quoque tuis maluiſti Arabica pigmenta,& odores Indicos, Perſicaq; ſuffimenta odorare quàm vnius hoſpitalis in qua Chriſti pauperes decumbunt fætorem, & putorẽ tolerare. Guſtu tuo maluiſti delicatos, & varios cibi, potusq; ſapores, quàm Chriſti corpus, & ſanguinem ſæpè deguſtare. Auditu dulces & laſciuos cantus, & ſonos, & fabulas, & iocos, & riſus,quàm vnius Monachi cõcionem, & admonitionem, & Pſalmos, & verba Dei, & ſanctorum hiſtorias auſcultare. Tactu tuo maluiſti mollia, quàm aſpera, delicata quàm horrida tãgere, maluiſti ſericum, quàm cilicium portare. Ipſa quoq; quatuor elementa, quas abs te acceperunt iniu-

iniurias commemorabunt. Quemadmodũ eis ad tuam luxuriam, ad improba tua desideria, ad illicitas cupiditates sæpè abusus es, Sol etiam & Luna, & Stellæ quascumque vnquàm tuas turpitudines aspexerunt siue die, siue nocte coràm creatore tuo vltionem, & vindictã postulantes manifestabunt. Quale autem putas gaudiũ adferent hæc oĩa terribilibus illis aduersarijs tuis circumstantibus demonibus: videbis eos ad hæc omnia annuentes, applaudẽtes, approbantes, sibi inuicem gratulantes: proferent ipsi quoq; sua contra te memorialia, sua regestra Codices illos maximos, in quibus malefactorum tuorum Annos, menses, dies horas, momenta, qualitates occasiones, modos, vias, & rationes omnes, quæque inde nata sunt, nasciq; potuerunt scandala diligenter, & accuratè notauerũt. Ipsa te conscientia tua, ipsis quinq; sensibus, ipsis tuis manibus, & pedibus, cæterisque membris quibus quæq; perpetrasti de peccatis tuis conuincent. Fortè etiam terribiles eorum voces audies, Exi scælesta anima, exi Dei creatoris tui contemptrix, nostra, nostra es, nostra signa geris, nostras notas. mores. nostram liuream portas, nos quod nostrum est cupimus, & quæ his tuis

meri-

meritis debentur præmia, tibi repræſentabimus: dic ergo verbum iam cõtra Dominum, iaculare blaſphemias in omnipotentẽ & morere. Tu verò quid inter hæc omnia, ò anima miſera ò verè miſera, & omni prorſus humano, diuinoq́; præſidio deſtituta in illo tuo ſemiuiuo fætidoq́; corpore cogitabis? quid dices? quo te vertes, ad quem reſpicies, ſi omnibus bonis deſtituta es, acta res eſt, iudicata es, damnata es, Velles forte non audere quæ dicuntur, quę oculis ingeruntur, non poteris hoc facere, tua te ſcientia, tua te conſcientia cõſtringet, quod illi, hoc ipſa quoq; tibi loquetur, non poteris te in te non videre, te in te nõ audire, te in te non ſentire, tuæ ipſius ſcientiæ, & conſcientiæ non poteris non credere, pænitere velles, non iam hoc poteris, manere velles, ire te compellent, mori velles, forte adhuc non permittent: ſi poſt terga reſpicies, quantumcunque multos vitæ tuæ dies vixeris totum illud tempus, citius quàm ictum oculi, citius quàm vnum momentum præteriſſe reputabis, & ea quæ te conſequentur peccata, nimium nimiumq́; horreſces: ſi ante te oculos conuerteris, ſecula, & ſecula, & ſecula ſeculorum, nullum finem in ſecula ſeculorũ habitura videbis:

in

in quibus pœnas pro tuis meritis; perferre tolerareq́; debebis. Terrebunt te Dei mandata quæ cõtempsisti, terrebunt vetita quæ commisisti, terrebunt illi dies, quibus de vitio in vitium, de luto in lutum de scelere in scelus processisti: cæcus eras, & cęcus esse volebas, vinctus eras, & vincula nõ horrebas, amarum dulce, & dulce amarum reputabas, ex quo erit tibi magna confusio, de cogitationibus confusio, de factis cõfusio, de dictis confusio, de moribus cõfusio, à vertice capitis, vsque ad calcẽ pedis cooperiet te confusio: ò ter, quaterq́; fœlix, ò ter quaterq́; beatus, qui huius diei, & temporis quotidie meminit: ò verè beatus, & fœlix, qui se quotidie moriturum recordatur, ò beatus qui mane cogitat, quod forte ad vesperum non viuet. Qui vespere cogitat, quod manè fortè non videbit, tales nunquàm vllam mortem timent, qui hoc vnum semper discũt, vt benè moriãtur. Tales non terrebuntur vllis Dæmonum legionibus, cõtra quas in omni vita sua sese armauerũt, vt non solùm quæuis pericula subire, sed sæpè millies mori maluerũt, quàm vno peccato mortali creatorem suũ offendere, propterea orauerunt, propterea ieiunauerunt, propterea eleemosynas dederunt,

runt, propterea cor suum compunxerunt, lachrymas effunderunt, cilicio se texerūt, nudi incesserunt, propterea mille labores, propterea mille persecutiones, mille mortes sustinuerunt, in exilium acti sunt, secti sunt, vsti sunt, lapidati sunt, vt ne creatorem suum offenderent, quibus dignus non erat mundus: & existimabit aliquis se posse similia cum ipsis præmia adipisci qui dissimilia opera, disimiliaq; studia consectati sunt, Bonus est Dominus, sed & iustus, misericors est, sed & terribilis, ignoscit sed & punit. Ho. Verè iam hæc omnia videre mihi videor, & antequam video, iam horreo, & totus deficio præ illorum expectatione. S. Si bonam conscientiam haberes, nihil horum timeres, sola bona consciētia ridet, & negligit hæc omnia. Ho. Sed ego peccator sum, peccator sum omniū, quos iste sol aspicit peccatorum maximus, sed fidelis tamen sum, vnius sanctæ Catholicæ, & Apostolicæ Ecclesiæ filius sum, Deū Patrem, Deum filium: Deum Spiritum sanctū agnosco, & cōfiteor: & in summa quicquid nobis Ecclesia Catholica præcipit, firmiter credo, & constanter retineo, & omnem spem meam, & fiduciam meam in merito crucis, & passionis Dei, & Domini nostri

Iesu Christi colloco, certusq́; sum, quod nō vult Dominus mortem peccatoris, certus sum, quod non venit vocare iustos, sed iniustos, certus, sum quod misericordiæ eius non est numerus. S. Rectè dicis hæc omnia, verumtamen vide diligenter, cùm extremum illud tentationis tempus de quo supradixi venerit, ne qua in re cedas inimico, non credas illi, non te submittas, nō succumbas, non desperes, & vt præstare id faciliùs, & securiùs váleas, quamdiu sensus adhuc aliquis in te superest, verte te ad Reginam misericordiæ, ad Reginam cœli, Reginam Angelorū omnium, respice stellam matutinam, voca Mariam, roga vt tibi in illa hora assistat, vt Aduocatam tuam agat, vt causam tuam apud filium tuendam difendendamq́; suscipiat, vt cum eadem fide, & fiducia ad illud vsq; tempus permaneas, dum Spiritum tuum creatori tuo restituas: Confide ergo fili mi, bonum Dominum habemus, paratior est ad præstanda, quàm sumus nos ad petenda ab eo beneficia; nec ego te propter istam fidem desero, sed omninò tibi assisto vsq; dum iudex viuorum, & mortuorū Deus, & Saluator noster Christus Iesus de causa tua sententiam tulerit, quæ qualiscunque tandem fuerit,

iuſta erit, recta erit, vera erit. Ho. Si talis confuſio, talis pugna, talis anxietas in morte, quid fiet poſt mortem? S. Cuſtodiat te Dominus, & omnes ſuos fideles à tali cōfuſione, & anxietate, nec mente cōprehendi, nec verbis exprimi magnitudo poteſt confuſionis illius, nec eſt poſſibile, vt à quoquam comprehendatur: Statim enim vt ſententia damnationis lata à iuſto iudice fuerit, Sathanas exultabit, totus infernus iubilabit, & tripudiabit, rapient animam tuam ſpectra illa horrenda, captam per loca inuia, & horrida, per abyſſum, & tenebras portabunt, vſq; dum proijcient in locum diabolo, & angelis eius aſſignatum, locum pœnarum & afflictionis, locum horroris, & ſtridoris, locũ tædij, & infortunij, locum ignis ſine lumine, locum pœnarum ſine fine, locum dolorũ ſine remiſſione, in quo ignis vrit, & non conſumit, frigus afficit, & obrigeſceri non permittit, vermis rodit, & non corrupit, vbi fletus, & ſtridor dentium ploratus, & vlulatus magnus, maledicta in creatorem, & horrendæ blaſphemiæ, & iſtorum omnium quæ dicuntur, quæ neq; dici poſſunt, nullus finis, nullus inquam finis in ſecula ſeculorũ erit expectandus, his autem omnibus maior nihi-

lominus erit dolor, & cruciatus mordentis, & remordentis intus conſcientiæ, quæ dolebit, & deteſtabitur ſeipſam, quod non cognouit tempus viſitationis ſuæ: omnium autem horum illa. nihilominus erit pœna, omnium maxima, & grauiſſima, infælicis animæ, priuatio diuinæ viſionis, priuatio conſpectus Dei omnipotentis, & omnium earum fælicitatum, & voluptatum quæ ab illo ſummo, & æterno bono prouenire poſſunt, quęq; de illo vel dici, vel cogitari poſſunt, quæq; etiam non poſſunt, quæ longè maiora ſunt: quibus ij ſoli perfruentur, qui in hac vita in Deum crediderunt, Deum amauerunt, Deo obedierũt, mortis, & extremę diei quotidie meminerũt. Ho. Ago tibi gratias ò bone ſpiritus, Aſſiſte mihi quæſo te, parce mihi, quod te ſæpè offendi, quod pias tuas inſpirationes, & conſilia non audiui, imò etiam repugnaui, pænitet me hæc oĩa feciſſe, & quia ſic tibi chara eſt ſalus mea, dic, quæſo te, pro me vnũ verbum ad Dominum, O Creator, nũquid vanè conſtituiſti filios hominum, nunquid vanè præcioſiſſimum ſanguinem tuum, ex latere tuo effudiſti, non mortui profectò laudabunt te Domine, neq; omnes qui deſcendunt in infernum, Memento Domine,

 quod

quod in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea, cur ſtipulam ſiccam perſequeris, & cõſumere me vis peccatis adoleſcentiæ meæ, reſpice de ſanctuario tuo, & intuere ad ſacroſanctam Hoſtiam, quam tibi offert vnigenitus filius tuus Dominus noſter Ieſus Chriſtus pro meis, omniumq́; credentium peccatis, & eſto placabilis ſuper multitudinem malitię meæ, ecce vox ſanguinis ſeruatoris mei filij tui Domini noſtri Ieſu Chriſti clamat ad te de cruce, Reſpice in faciem illius nõ ad mea Domine, ſed ad illius merita reſpice, qui tibi vſq; ad mortem obediẽs factus eſt, nec recedant ab oculis tuis cicatrices eius in perpetuum, & memineris quantam ab eo pro peccatis noſtris ſatisfactionem acceperis, Vtinam Domine appendas in ſtatera peccata, quibus iram meruimus, & paſsionem, quã pro nobis paſſus eſt innocens filius tuus, certe Domine lõge maior, atq; grauior apparebit, magisq́; etiam digna, vt propter ipſam effundas ſuper nos miſericordiam tuam: quàm fuerũt illa noſtra demerita, vt pro peccatis noſtris contineas in ira miſericordias tuas. Per iſtius itaq; crucis, & paſſionis tuæ merita, te ſupplex oro, & obſecro, noli me condemnare.

S. Rectè habent omnia, sed voca præterea Sacerdotes, vt ipsi quoq; pro te orent, tu vero te signa & resigna continuo signo sanctissimæ Crucis dicens, In manus tuas Domine commẽdo spiritum meum, etsi adhuc poteris sicut initio morbi fecisti peccata tua iterum sacerdoti confiteri, corporis, & sanguinis Dominici viaticum sume, & extremæ vnctionis sacramentum adhibe, de cætero fiat volũtas Domini, & si te Sathan iterum ob peccata tua vexauerit, & ad desperationem perducere voluerit, si non potes ore, dic saltim in corde. Iesu Christe fili Dei viui, pone crucem, & passionẽ tuam inter iuditium tuum, & animã meam, idq; tantisper dum spiras repetere non desine: Quod si gratiam inuenieris ò nimium fœlicem animam tuam quod ad sponsum suũ Christum quem amauit, quem timuit, euolabit, vt in eius sinu, regnoq; cœlesti viuat sine fine. gaudeat sine fine, eoq; fruatur sine fine, videbunt eam filiæ Sion. Videbunt omnes Angelorum chori, videbunt sanctorum agmina. & beatissimam prædicabunt, audiet etiam dilectum suum sibi dicentem, Surge propera amica mea, & veni, iam hyems transijt, imber abijt, & recessit, flores apparuerunt in terra nostra. Veni,

vt

vt læteris in conſpectu meo, Ecce pono te in thronum meum, quia cõcupiui ſpetiem tuam intra in gaudium Domini tui, quod nemo tollet à te. Sed iam oculi tui, vt video, tenebreſcunt, fortè etiam & auditus hebeſcit. Quamobrem dic ſaltem in corde tuo Ieſus, Ieſus, Ieſus, & te Deo permitte.

MEDITATIVNCVLA DE ORATIONE.

DEvs meus, creator meus, redemptor meus, & omnia. Confiteor tibi, in toto corde meo, & benedico nomen sanctum tuum in æternum. Tu fecisti me & omnia quæ in cœlo, & qua in terra propter me. Cœlo non indigebas, quia ante omnes cœlos, quicquid erat, vel si quid erat implebas. Sole non indigebas, quia ipse lux es indeficiens, & lucem inaccessabilē inhabitas. Terra non indigebas, quia omni mole corporea carebas & omnibus quæ in ea sunt. Sed hæc omnia in eius, quem ad imaginem tuam creaturus eras, hominis vsum præparasti, vt cœlum videns, sole gaudens, terra vtens, nunquā posit tui obliuisci: sed te sine intermissione laudare, prædicare, glorificare, & amare pergeret in terra, ac ita se dignum præmio faceret in cœlo. Nec satis hoc fuit, vt inanimata nobis suo quodam modo loqui face-

faceres. Tu locutus es, viam, vitæ ostendisti, leges descripsisti, exempla dedisti. Te comitem adiunxisti, vias omnes ne pereamus obstruxisti. Nec satis hoc: sed cũ vidisses terram corruptam: & delere quem creasti hominem propter malitiam decreuisses. Arcam iterũ vt aliquos tamen more tuo saluares, parari voluisti. Ita liberan do populo Mosen ex fiscella præparasti, ita ad propulsandam famem Aegypti è seruitute & carcere Iosephũ exemisti. Ita Ioannem in vtero ordinasti, vt pararet tibi plebem perfectam. Ita Saulũ excecasti, vt vas electionis fieret: ita vt puellam sanares, tibicines eiecisti. Ita vulnerato Samaritanũ transeuntem prouidisti. Ita Domine & das omnia adiumenta, & aufers omnia impedimenta ad salutẽ. Ecce ego Domine prostratus ad pedes misericordiæ tuæ. Confiteor tibi pater, & negligentiam & malitiã meam, quia nec cœli terræq; beneficiis, nec tuis præceptis, nec tuis præsidijs, passus me sum impediri, quominus te Dominum meum desererẽ, & aduersario & meo, & tuo adhærerẽ. Ecce Domine factum est in anima mea, magnum & vastum diluuiũ, multarum & vanarum cogitationũ, percutientium se, sicut vnde & procellæ furibundi ma-

di maris, euntium & redeuntium, nec vnquam quiescentium. Tu mihi sis arca. Ecce animam meam vagientem in fiscella scirpea. Tu mihi sis nutrix, Ecce fame timoris tui pereuntem. Tu mihi sis Iosephus. Ecce me vulneratum: tu sis Samaritanus. Ecce me excecatum; tu mihi sis Ananias. Ecce mortuũ vt citius suscites, eijce tybicines: Quanti tybicines ò Domine, quam raucos & dissonantes, à tua voluntate sonos edunt in anima mea. Coram te raro stant. Extra te semper. Et quia extra te nequeũt in vno loco acquiescere, currunt, volãt, eunt, redeunt, ascendunt, descẽdunt, iam in cœlo iam in terra, iam in inferno, nullibi sunt rarius quam domi. Aliena facta vident, se & sua non vident. Omnia volunt scire, videre, audire, examinare, peragrare, numerare, sicut olim Dauid populum. Mitte ergo ò Domine Angelum tuum, vt ex illis interficiat 70. millia & sufficit. Et si tempestates sunt dic illis Domine. Tace & obmutesce, & sequatur tranquillitas magna. Si me vt Pharao persequuntur, diuide Domine sicut aquas maris animam meã. Ex vna sit timor tui: ex altera amor. Ingrediantur vanitates in medium, & suffocentur; Si latrones sunt, & sanctarum occupationũ homici-

micidæ. Tu ſis Samaritanus, vinum infunde, iumento impone, ſtabulario commenda, denarios eroga, iube angelo tuo mei curam habere. Potuit olim Ioſue ſoli tuo dicere: ſta hic. Dic tu Domine vagabundis iſtis fantaſijs, vt ſtent coram te; Dic oculis, reſpice in me, dic auribus: Epheta. Conſolida baſes pedũ meorum. Da vt poſſim dicere cum Abacuc. ſuper cuſtodiam meam ſtabo, & figam gradum ſuper munitionem. Da: ne amplius cum Ephraim paſcam, ventos. Erue quaſi damulam de manu venatoris, & quaſi nauim de manu aucupis, ſcis Domine quod ne cogitare quidem ex nobis bonum poſſumus, tanquam ex nobis, cogitatio enim cordis noſtri, praua eſt ab adoleſcentia ſua, omnis autẽ ſufficiẽtia noſtra ex Deo eſt. Ecce do tibi animã meam. Nolo eam ſine te Domine, quia mors mihi eſt, ſine illa non viuit caro, nec illa ſine te: ſi das mihi animã meam, da & te, aut animam tene, & terrenam carnem hanc terræ redde. Quid enim ſunt, aut vnde mihi ſunt ò Deus iſtæ tam multæ, vanæ, damnoſæ, vagabũdæ cogitationes & phantaſiæ. Nonne ſunt quaſi mulieres alienæ multæ, quas adamauit Salamon, & auerterent cor eius, & Deos gentium ſequeretur.

Non-

Nonne ſunt ſicut illi vendentes, & emẽtes in templo? ſicut menſæ nummulariorum, aut cathedræ vendentium columbas? certe Domine & menſæ & nummularij, & cathedræ & columbæ ad tuam gloriam ſeruiunt, ſed in templo quid hęc faciũt in anima ſacerdotis tempore contemplationis. In hora orationis, compunctionis, ſacrificij lachrymarũ quid iſta impediunt quid etiam non conſentientes auertunt. Fac Dñe funiculos & eijce, vt templum animæ meæ ſolis tuis vſibus deputetur. Sol iſte quem feciſti, & ſtellæ aquas creaſti ordinatiſsimo curſu, & nobis ſeruiunt, & ſapientiæ tuæ magnitudinem oſtendũt? Maris ingens impetus, nonne tenuiſſima arena reprimitur? ſit iam in me hæc nota, quod ſim vernaculus tuus. Circũcide cogitatus hodie, ſepem illis circumda. Memoriam beneficiorum tuorum, vt arenam obijce, ad quam omnis impetus allidatur. Id quidem ego non mæreor, parum enim adhuc tali deſiderio moueor. Sed tu miſericors & miſerator Domine, nolens mortem peccatoris, aufer à me morẽ peccatoris. Tolle omne id quod mihi nocet, & tibi diſplicet, & da mihi omne id, quod mihi proſit, & tibi placet. Scis quod cogitationes noſtrę vanę ſunt: oſtende itaq; tu de

thesauris tuis cordi meo gratiam, & pulchritudinem puræ, & sanctæ cogitationis; vt iam tandem extruere incipiam tria tabernacula. In vno mediter de te, in altero de me, in tertio de proximo. Quartum nesciat anima mea. Scio Domine quid tibi displicuit in Pharisæo, & quid placuit in Publicano. Non quia ieiunabat bis in Sabbatho, non quia decimas dabat, nõ quia non fuit raptor, iniustus, adulter, sed hæc sua bona, non tua bona putabat, quia in oratione suas non tuas laudes prædicabat, qa se non te laudabat, quia mente per hominum ora volitabat, & ante te solo corpore stabat. Video vicissim quod in Publicano placuit, non quia decimas non dabat, aut sabbatho nõ ieiunabat, sed quia hoc ipsum tibi humiliter confitebatur, corde tibi adhærens, & animo præsens nusquàm in oratione vagabatur: peccatorem se agnoscẽs, & percusso pectore veniam petens, se damnabat, te laudabat. Quam Publicano fecisti humiliter petenti, fac & mihi gratiam, peccata mea sinceriter cõfitenti. Doce nos orare. Quãdo enim impetrabo, si nunquàm rogare didicero. Quomodo autem iam discere potero, quod per quadraginta annos non didici? Certe Domine, nisi tu ædificaueris

ueris domum, in vanum laborauerunt qui ædificant eam. Nisi tu docueris me, nescio quomodo scire possum te. Doce nos itaq; orare, mentem erigere, cor siste, linguam moue, cum tecum loquor cogitē te, & cogitem me, & præterea nihil. Sic puto Domine quod audies, & dabis quod rogabo. Hucusque non impetraui quicquam: quia non sicut oportet rogaui. Fac igitur Domine, vt præter te nihil viuat in me. Nolo scientiam quæ aliud docet, nolo memoriã quæ aliud recordatur, quam te: nolo deniq́ue & intellectum, qui omnia nouit, præter te. Morbo graui laborat Ezechias, & quia orabat te conualuit, & redijt in se, etiamsi de lectulo clamaret ad te. Iob patientissimus toto corpore laceratus, in sterquilinio sedens inuocabat, & sanitatē priorem, liberos, totamq́; substantiã magis, quam à principio recuperabat. Abrã inter alienigenas. Iudit in tentorio. Moses in deserto. Dauid in castris, In ventre ceti Tobias, in lacu Leonum Daniel. Petrus in carcere. Paulus in profundo maris. Stephanus inter lapides, Ioannes in exilio, Hi Domine quacunq; lingua, quocunq; loco, quarumq́; statu corporis, orabant, impetrabant. Quare id, quia sicut oportet

ora-

orabant. Da mihi quoq; ſicut oportet orare, vt poſsim quod oportet impetrare. Habebo omnia ſi ſciam orare, quia oratio ſapiens, nouit omnia impetrare, nec tua bonitas, quicquàm illi nouit denegare: Potentia tua tempore non minuitur. Miſericordia ſæculis non euertitur, Bonitas benefaciendo nō atteritur, qui illos docuiſti, doce & me orare, vt oportet, imo hoc ipſum quod rogo, fac rogare, vt oportet. Sed fortaſſe Domine non dignaberis, venire in domum plenam tumultu, & tubicinibus, vbi omnia vanis, varijs, vagabundis, & inordinatis fantaſijs, & cogitationibus perſtrepunt, à quibus ſubito, quidquid boni offertur, tanquàm a fluctibus obruitur, vbi nulla pax, nulla quies, nullus ordo. Quid igitur faciam Domine, mittam ad ſcholam tuam cor meum, tibiq́; illud reſignabo, & tu illi, ò præceptor Ieſu, hanc vnicā leges lectionem, quemadmodum orare te oporteat, in ſpiritu & veritate, & ſufficit. Cum hoc vnū ſciuero Domine, reliqua quæ deſunt impetrabo.

Iuſtiſsime, ſeueriſsimè, benigniſsime, clementiſsime Deus meus & omnia. Quando enim tibi per omnia placebo? quando mihi perfecte diſplicebo? quando nil viuet

in me præter te? si hoc adhuc rogare te nescio. Doce ò magister, doce ò præceptor, vt quod tu vis & mihi expedit, sciam te rogare. Vir polutus corde & labijs ego sum. Non sum dignus attolere oculos ad altitudinem cœli. Sed scio quid faciam. Video quasi scalam Iacob, & Angelos tuos per illam ascendentes, vt hodiernæ Ducis sui Michaelis festiuitati assistant, & fideliũ tuorum deuotionem, & orationes perscribãt, ad teq́; perferant. Conficiam chirographũ in quo tibi plenè cor meum resignabo, & dabo vni ex Angelis ascendentibus, & assistentibus tibi, vt ad te perferat, tibiq; tradat & tu de corde meo statuas quod voles. Non enim illud volo amplius pro meo reputare, sed mihi mori cupio, vt tu possis illud de tua voluntate informare, informatum inflammare, inflammatum conseruare, conseruatum beare: & si vt timeo, angelus quoq; fętorem cordis mei horruerit, adhuc scio, quid faciam. Ibo ad crucem tuam, & audacter vt Petrus introibo in monumentum. Adorabo rosea vulnera tua, digitum in latus vt Thomas inferam, & ibi secreto cor meum relinquã & statim mundabitur, Certe in tuo latere mundatum, non horrebis amplius, sed formabis & do-
cebis

cebis vt voles. Eia Domine, nunc exurgo, & curro quia nimis diu iacui. Hei mihi nimis diu iacui. Sed infirmus ſum pedibus, & viſitatio tua baſes pedum meorum diſſoluit, forte montem Caluarium aſcendere, tibiq́; loqui non potero. Adhuc ſcio quid faciam, ſtabo à longe cum Publicano, & percutiens pectus meum dicere non ceſſabo, Deus propitius eſto mihi peccatori. Vel cum filio prodigo clamabo. Pater peccaui in cœlum, & in terram: iam non ſum dignus vocari filius tuus, fac me ſicut vnum ex mercenarijs tuis, forte tu Domine protinus conſolidabis baſes, & plantas, & aſcendam & faciam, vt dixi, Sis benedictus in ſæcula: Ieſu præceptor ſis benedictus, & doce nos orare, doce nos orare Ieſu ſaluator & ſufficit.

Amen :-

Poſt grauiſsimum morbum, Ereptas fortunas, & mortẽ Regis Stephani.

REx Chriſtus fecit cænam magnam, & vocauit multos: & miſit ſeruum ſuum hora cœnæ, dicere inuitatis, vt venirent, quia iam parata ſunt omnia. Et cæperunt excuſare. Primus dixit, villam emi, neceſſe hebeo videre illam: rogo te, habe me excuſatum. Alter dixit. Iuga boum emi quinque: & eo probare illa. Alius dixit: Vxorem duxi, & ideo nõ poſſum venire. Et reuerſus ſeruus, nunciauit hęc Domino ſuo. Rex autem cum audiſſet, iratus eſt, & ait ſeruis ſuis. Ite ergo ad exitus viarum, & quoſcunq; inueneritis vocate ad nuptias. Egreſsi ergo ſerui eius, in vias, congregauerunt omnes, malos & bonos quos inuenerunt & impletæ ſunt nuptiæ diſcumbentium. Intrauit autem Rex vt videret diſcumbentes, & vidit ibi hominem non veſtitum veſte nuptiali. Et ait illi. Amice quomodo huc intraſti non habeas

vestem nuptialem? At ille obmutuit. Tunc dixit Rex ministris. Ligatis manibus & pedibus eius, mittete eum in tenebras exteriores. Egressus itaq; foras dicebat intra se. Quid faciam? quia Dominus meus deleuit me de libro vitæ, fodere non valeo, mendicare erubesco. Et non est inuentus spiritus meus in me, sed tabescebam, nec fuit qui consolaretur me, & diceret mihi verbum, quia Dominus dereliquit me, & gradiebar prope viam in obscuro, aduesperascente die in noctis tenebris, & caligine. Et ecce occurrit mihi mulier ornatu meretricio, præparata ad decipiendas animas, & garrula & vaga, qnietis impatiens, nec valens consistere pedibus suis, nunc foris, nunc in plateis, nunc iuxta angulos insidians. Apprehensumq; deosculabatur, & procaci vultu blanditur dicēs. Victimas pro salute deuoui, hodie reddidi vota mea, idcirco egressa sum in occursum tuum, desiderans te videre & reperi. Videns autem oculis & ingemiscens, & suspirans. Quiescat, ait, vox tua a ploratu, & oculi tui a lachrymis, quia est spes nouissimis tuis. Miserere animæ tuæ, & ne des afflictionem cordi tui. Non est census super censum salutis corporis, & non est ob-

lectamentum, super cordis gaudium. Melior est mors, quam vita amara, & requies æterna quam languor perseuerans. Multos occidit tristitia, & non est vtilitas in illa. Venite ergo & fruamur bonis quæ sunt, & vtamur creatura tanquam in iuuẽtute celeriter. Coronemus nos rosis antequã marcescant. Nullum pratum sit, quod nõ pertranseat, luxuria nostra: vbiq; relinquamus: signa lætitiæ; hæc est pars nostra, & hæc est sors. Exiguum & cum tedio est tempus vitæ nostræ, & non est refrigeriũ in fine hominis, & non est qui agnitus reuersus sit ab inferis. Vmbræ enim transitus est tempus nostrum & non est reuersio finis nostri. Et addidit dicẽs, Veni ergo inebriemur vberibus & fruamur cupitis amplexibus donec illucescat dies, & ducebat me ad manum; ego vero cogitabam qualis esset ista salutatio: vox quidem, vox dulcis, & grata in auribus adolescentis: sed tamen ignorabam quid facerem, quia adhuc modicum erat lumen in me. At illa: Nonne & tu mortalis homo similis es omnibus, & in ventre matris, figuratus es caro ex semine hominis? Nonne omnis caro ad sibi similẽ coniungitur? & omnis homo sibi simili sociabitur? Lætare, ait Sapiens, iuuenis, in

adoleſcentia tua, & in bono ſit cor tuum, in diebus iuuentutis tuæ, & ambula in viis cordis tui, & intuitu oculorũ tuorum. Omnes nos, quaſi oues errãtes. Et quis eſt qui dicat, Mundus ſum à peccato? Cinis eſt cor eius, & terra ſuperuacua ſpes eius, & luto vilior vita eius.

Irretiuit ergo me ſermonibus multis, & blandicijs labiorum protraxit me: ſtatim enim ſequebar, quaſi bos ductus ad victimam, & quaſi agnus laſciuiẽs, & velut auis feſtinans ad laqueum. Et introduxit me, in cubile ſtratũ tapetibus ex Aegypto, aſperſum, Myrra, & Aloe & Cynamomo: & audiui Symphoniam, & chorum, & interrogaui quid hæc eſſent. At illa introduxit me in atrium domus interius, & ecce conuiuium grande, ſicut conuiuium Regis: præparatũ cunctis Principibus, & pueris ſuis: & pendebant ex omni parte tentoria ærei coloris ſuſtentata funibus byſsinis, atq; purpureis. Lectuli quoq; aurei & argentei ſuper pauimentum, Smaragdino, & Pario ſtratum lapide ſedebant autem fortiſsimi Perſarum, & Medorum inclyti, & præfecti Prouinciarum, ducẽtes in bonis dies ſuos. Venit quoq; Salomon, & fecit ſolium eburneum grande, & veſtiuit illud auro mun-

disſimo: fuit & Regina Saba, cum magnis opibus & camellis, qui portabant aromata, & auri plurimum, gemmasq́; prætioſas: ſed & ſerui Hyram cum ſeruis Salomonis, attulerũt, aurum de Ophir: & ligna tyma, & gemmas prætioſiſſimas: cytaras quoq; & Pſalteria cantoribus: ita vt nunquam viſa ſunt ligna talia. Pendebant quoq; ducentæ haſtæ aureæ, & trecenta ſcuta ærea, in armamentario, quod erat conſitum nemore. Iuſſit ergo Salomon, & producta ſunt vaſa conuiuij, Regis aurea, & vaſa domus ſaltus Lybani, ex auro puriſsimo. Aderant & duo Eunuchi Pharaonis Regis, alter pincernis præerat, alter piſtoribus. Vocatus eſt, & Architriclinus, & Cocus Samuelis: & cum facta eſſet hora cœnæ, Iezabel menſam ſtatuit, Cain agricola panem attulit, Pharao ex Aegypto cucumeres, & pepones, porrosq́;, & cepæ & allia. Ioas Rex Iſrael carduũ. Eſau de venatione; apparuit & Syba puer. Mysboſet, cum duobus aſinis oneratis ducentis panibus, & centum alligaturis vuæ paſſæ, & duobus vtribus vini: aderat & diues, indutus purpura & byſſo, & æpulans quotidie ſplendide. Et egreſſus vnus de filijs prophetarum in agrum, collegit herbas agreſtes, & quaſi vitem ſylueſtrem,

ueſtrem, & collegit colocyntidas agri, cõſciditq; in ollam pulmenti. Attullit, & ſacerdos de turturibus ac pullis columbæ. Filij vero Aaron diuidebant membra, caput & omnia, quæ adhærent iecori; & imponebant ſuperligna. quibus ſubijciendus erat ignis. Inteſtina vero, & pedes lauabant aqua. Attulit & Samſon vitulum ſaginatum, & Dalila cum eo. Thamar attulit ſorbiciunculas, Effraim ſubcinericium panem, non reuerſatum. Aderat & Tubal pater canentium in cytara & organo. Aderat & proſtituta Tamar. Venerunt & opulenti de Syon optimates, capita populorum: ingredientes pompaticè, & attulerunt agnũ de grege, & vitulos, de medio armẽti. Stabat & Saul, cum clypeo & armo. Abra verò portabat aſcopam vini, & vas olei, & polentam, & lapates, & panes, & caſeum. Filij Iuda colligebãt ligna, patres ſuccendebaut ignem, & mulieres cõſpergebant adipem, & faciebant placentas. Sobi porro filius Naas, & Berzallai Galaatides, obtulerunt ſtratoria & tapetia, & vaſa fictilia, fermentum, & hordeum, & farinam; & polentam, & fabam, & lentem, & frixũ cicer, & mel, & butyrum, oues quoq; & pingues vitulos, Architriclinus quoq; bonum

inum seruauit, & Iudas pecuniam attulit. Samson in carcere molebat, vxorque Lothi, versa in statuam sal præbebat. Nabal quoque cor, erat iucundum: erat enim ebrius nimis.

Accubabant itaq; & pascebantur, & non erat qui extenuaret. Similiter & populus sedit manducare & bibere: & surrexerunt ludere, & præceperunt, vt vocaretur Samson, & ante eos luderet: qui adductus de carcere, ludebat ante eos; Venit quoque Herodiadis, & saltauit in medio, & placuit accumbentibus: venerunt pilosi, & saltabant ibi. Venerũt & milites, & sortes mittebant. Amon compresſit sororem suam Thamar & cubauit cum ea. Surrexerunt & pueri Abner, vt luderent cum pueris Ioab, & apprehenso vnusquisq; capite comparis sui, defixit gladium in latus contrarij. Et facti sunt ex illis multi nimia ebrietate sopiti. Alij in ebrietate recumbebant; alij præ ebrietate errauerunt, & abierunt post desideria cordis eorum, & in aduentionibus suis lætabantur: alius quidem sic: alius vero sic. Effusiq; sunt omnes, sicut vituli super herbam, cantantes & dicentes: Edamus & bibamus, cras enim moriemur.

Ego verò hæc omnia consideraui, & dedi cor

di cor meum in cunctis operibus quæ fiebant ſuper terram. Et vidi iuſtos, quibus mala proueniunt, quaſi opera egerint impiorum: & vidi impios, qui ita ſecuri ſunt: quaſi iuſtorum facta habeant. Laudaui igitur lætitiam, quod non eſſet homini bonũ ſub Sole, niſi quod comederet, biberet, atque gauderet; vniuerſa enim ęquè eueniũt, iuſto ac impio, bono & malo, mundo & immundo, immolanti victimas, & ſacrificia contemnenti, ſicut bonus, ſic & peccator, vt periurus, ita & ille qui verum deierat. In ipſo itaq; tempore, ſenſus meus reuerſus eſt ad me, & figura mea reuerſa eſt ad me. Et dixi: Vadam poſt amatores meos: qui dant panes mihi, & aquas, & lanam, & linum, & oleum, & potum; & appoſui cor meum, vt fruerer bonis, & quæcunque deſiderauerunt oculi mei, nõ negaui eis, nec prohibui cor meum, quin omni voluptate frueretur, & deteſtatus ſum omnem induſtriam, & ceſſaui: renunciauitq; cor meũ, vltra laborare, ſub Sole. Cur enim laborarem, aut cur fraudarem animam meam bonis? Sicut egreſſus eſt homo nudus de vtero matris ſuæ, ſic reuertetur, & nil auferet ſecũ de labore ſuo: hoc itaq; viſum eſt mihi bonũ, vt comedat quis & bibat, & fruatur

tur lætitia; & hæc eſt pars illius.

Et ego quidem errabam, ſicut ouis quæ periit, & viuens diſcendebam ad infernũ. Cupiditates meę, quaſi rota carri fuerunt, & quaſi axis verſatilis cogitationes meæ. Tu verò Domine in interitu meo ridebas, & ſubſannabas, videns quid mihi adueniebat, & parabas ſagittas tuas in pharetra, vaſa mortis coagmentabas, & ponebas in pondere iudicium, & iuſtitiam in menſura iacuiſti, ſoluiſti, patiẽs fuiſti. Sed nunquid ſemper tacuiſti? Certè videns Dominus quod multa malitia hominum eſſet in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta eſſet ad malum, omni tempore: pænituit eum, quod hominem feciſſet in terra. Et præcauens in futurum, tactus dolore cordis intrinſecus. Delebo dixiſti hominem, quem creaui à facie terræ. Seruus enim non poteſt verbis erudiri. Verumtamen in miſericordia faciã, & non in furore. Non enim vanè conſtituiſti filios hominum, ſed vt vitam habeant, & abundantius habeant. Libet hic narrare iuſta iudicia tua Domine quæ feciſti magnalia mihi: Sis benedictus in ſæcula, quia ſuperexaltauit miſericordia iudicium. In tribus exaſperaui te, in tribus emendaſti me. Ambulabam in concupi-

cupiſcentia oculorum, in concupiſcentia carnis, & in ſuperbia vitæ. Et tu quoq; feciſti flagellũ, quaſi de tribus funiculis: pro concupiſcentia oculorum, tradidiſti me in manus calumniantium me in conſpectu ſerui tui præſidis: & locuti ſunt verba inuidiæ, fomitemq́; odij miniſtrabant, dicẽtes, poſitum alienigenã in dignitate, & ſapientes ſedere deorſum, dereliquiſti me in conſilio eorũ, & voluiſti me cadere in illa exprobratione. Egreſſa eſt enim ſententia à facie Principis, tuleruntq́; ouem vnicam quæ nutriebat me, eratq́; mihi ſicut filia, & omnem ſubſtantiam panis, & vniuerſa quæ ad cibum pertinent: & præterea dixerunt: Da huic locum, & ita incepi tenere locum nouiſsimum, cum rubore, factusq́; ſum in prouerbium, & fabulã omnibus notis meis: & extollẽtia oculorum dereliquit me. Vix iſta implebantur, & tu appoſuiſti manum tuam, & percuſſiſti carnes meas febri, & frigore, & vlcere peſsimo, & ad portas mortis deduxiſti me: & ſolum mihi ſupererat ſepulchrum. Putredini dixi: Pater meus es tu, Mater mea, & ſoror mea vermibus, tenebarq́; per menſes, & menſes magnis, & acutis febribus. Et tu in interitu meo ridebas. Adhuc durabat languor fortiſsimus,

& ecce nuntius intrauit dicẽs. Quem dilexit anima tua Stephanus Rex mortuus est: & facta est commotio magna, super terrã tuam, ita vt gladius vniuscuiusque in fratrem suũ dirigatur: Audiui & expauit cor meum, stupore vehemẽti: & defecit ex me spiritus meus, & dixi: si flagellat, occidat semel, & non de pœnis meis rideat. Desperaui, nequaquàm vltra iam viuam: & elegit suspendium anima mea, & mortem ossa mea. Nil enim erat quod non tangeres, ò miserator, & misericors Dñe, non vt perderes, sed vt emendares, & ego nesciebam. Substantiam tulit calumniator, sanitatem, febris ardor. Robur animi oppressit dolor: Altero fregisti concupiscentiam oculorum. altero concupiscentiam carnis, altero superbiam vitæ. O si tunc hæc tua iudicia intellexissem, ò si cognouissem tempus visitationis meæ: sed infixus eram in limo profundi: supergressæ sunt iniquitates meæ caput meum, ita vt altitudinem cœli videre non potuerim, nec te, nec me, nec tuas visitationes, nec meas miserias cognouerim.

Apposuit ergo Dominus manum suam, & aggrauauit adhuc plagas meas. Qui simul mecum dulces capiebãt cibos, magnifica-

ficarunt ſuper me ſupplantationem. Dixerunt: Grauis eſt nobis ad videndum. Inutilis eſt nobis. Quæ pars diuiti ad paupere͂, eſt homo marcidus egens recuperatione, deficie͂s in virtute, & abundans paupertate. Et factus ſum in oculis eorum vilis, & reprobus nimis, & derelictus in via Dei. Omnes videntes deridebant me, & ſubſannabant. in paupertate mea, & in infirmitate carnis meæ improperabant mihi. Venit epulo, & eiecit ante ianuam. Venit Balaam cum Aſina & attriuit iacentis pedem. Venit aſſiſtens miniſtrorum, & dedit alapam, Venit cohors, & conſpuebat me. Venit Aſſur, & calcauit me. Venerunt pueri de Bethel, & illudebant mihi dicentes, Aſcende calue, aſcende calue.

Acceſſit Sedechias & percuſsit in maxillam. Venit ad extremum Miſſael, & Eliſaphan, tulerunt me ſicut iacebam veſtitum lineis, & eiecerunt foras extra caſtra, vt ſibi fuerat imperatum, dicentes: In malitia ſua expelletur impius. Vt verò me latrones extra caſtra viderunt, accurrerunt, & deſpoliauerunt me tunica, & plagis impoſitis abieru͂t ſemiuiuo relicto. & iacebam expectans Ioab, qui percuteret in inguine, & morerer, in vltionem rebellionis meæ.

Factum

Factum eſt autem cum iacerem, valida ſtercora ex nido hyrundinum, inciderunt ſuper oculos meos, & factus ſum cœcus. Altera die, cum mergerer ſommo graui, cecidi de cænaculo deorſum, & factus ſum claudus, & infirmus pedibus: & cum impatiens eſſem, locutus ſum verba inſipientia contra Dominum, & apparuit in facie mea lepra candens quaſi nix, & iam mediũ carnis deuoratum erat à lepra, & ſolum mihi ſupererat ſepulchrum, nec erat, qui ſepeliret.

Verum tu Domine, qui non deſeris in opportunitatibus, ſed diſponis omnia ſuauiter, ordinatiſſimo tuo iudicio, præparaſti, vt Sacerdos quidam deſcẽderet eadem via, & videns me præteriuit; ſimiliter & leuita, cum eſſet ſecus locum, & videret, pertranſijt. Samaritanus autem quidem iter faciens, venit ſecus me, & videns, miſericordia motus eſt. Et appropinquans alligauit vulnera mea, infundens oleum & vinum, & imponens ſuper iumentum ſuum, duxit in ſtabulum, & curam mei egit: & altera die, protulit duos denarios, & dedit ſtabulario, & ait: Curã illius habe, & quodcunq; ſuperogaueris, ego cum rediero, reddam tibi.

Sta-

Stabularius porrò nesciens quę acciderunt, non loquatur mihi verbum. Videbat enim esse dolorem vehementem, nec sciebat, quo irem, aut vnde venirem. Irruit autem ni me quasi sopor Domini, & dormiui, conturbatus & soporatus sum: & ecce in horrore visionis nocturnæ, pauor terruit me & tremor, & omnia ossa mea perterrita sunt. Stetit quidam cuius non agnoscebam vultum, & vocem quasi auræ lenis audiui. Vsquequo paruuli diligitis infantiã, & stulti, ea quæ sunt noxia cupiunt, & imprudentes odiunt scientiam. Conuertimini ad correptionem meam, & proferam vobis spiritum meum, & ostendam vobis verba mea. Mementote creatoris in die afflictionis & appropinquabit vobis. Humiliare Deo & expecta manum eius. Noli facere mala, & non te apprehendẽt. Ego porro quasi de graui somno euigilans voce magna exclamaui dicens. Iesu præceptor miserere mei.

Stabularius verò, Iesum vocat iste. Noster est, vt video, non aduersariorum. Et interrogauit dicens: Quid tibi vis faciam? Domine vt videã: & misertus stabularius cucurrit & vocauit Raphaelem cum fele piscis, quo cum linisset oculos: cępit albu-

go quaſi membrana oui egredi & viſum re cepi, Venit & Eliſeus, & iuſſit me ablui in flumine, & lepra, diſparuit, venit & Paulus, & vidẽs quia fidem haberem, dixit magna voce. Surge ſuper pedes tuos rectus, & exiliui, & ambulabam: Videns autem Iacob quod nudus eſſem, attulit tunicam polymitam. Petrus caligis calciauit. Elias zonam pelliceam, Paulus penulam. Tres pueri Sarabara. Pater familias annulum Tacharias Cydarim & mutatoria.

Et cum mihi melius eſſet, gratijs actis ſtabulario, cepi properare ad palatiũ Regis, vnde fui eiectus, dicens intra me. Vadam & reuertar ad Dominum meum priorem, quia bene mihi erat tũc magis quam nunc. Mercedes hæ meæ ſunt quas dederunt mihi amatores mei, quãdo ibam poſt eos, & obliuiſcebar Domini.

Et cum proceſſiſſem ad iactum vnius lapidis, cucurrit poſt tergum meum Gezi puer, offerens talentum argenti, & veſtes mutatorias duplices, & dicebat. Sicut protegit ſapiencia, ſic protegit pecunia. Diuitiæ addunt amicos plurimos, à paupere autem, & hi quos habuit ſeparantur. Omnes colunt perſonam potentis, & amici ſunt dona tribuentis: Cucurrit & Raab garrula

rula ornatu meretricio, & procumbens su per collum meum, deosculabatur, & dicebat: Veniat dilectus meus in hortum suum: straui tapetib' pictis ex Aegipto, & aspersi cubile meũ myrha & aloe & Cynamonio. Veni inebriemur vberibus, & fruamur cupitis amplexibus, donec illucescat dies. Scriptum est. Gratia mulieris sedulæ delectabit virum suum, & ossa illius impinguabit. Beatus vir qui habitat cum muliere sen sata, vbi non est mulier ingemiscit æger Lætare ergo iuuenis in adolescentia tua, & in bono sit cor tuum in diebus iuuentutis tuæ, & ambula in vijs cordis tui, & in intuitu oculorum tuorum nec dicas: Adolescentia & voluptas vana sunt, & pro omnibus his, adducet te Dominus in iudiciũ. Non es nec eris melior Dauide, cui in senectute quæsita mulier est. Samson habuit Dalilam, Iacob 30. annis Labano propter vnam Rachel seruiuit, Expedit tibi, vt habeas quę consoletur animam tuam, & enutriat senectutem. Tempus amplexandi, & tempus longè fieri ab amplexibus. Et hæc loquens, tenebat me, & dabat mihi oscula. Accurrit, & diues qui epulabatnr quotidie dicens: Nonne melius est comedere, & bibere, & ostendere animę suæ bona de la-

boribus suis? Nonne homini bono, dedit Deus sapientiam: scientiam & lætitiam? Nonne omni homini cui dedit diuitias atque substantiam, potestatemq; ei tribuit, vt comedat ex eis, & fruatur parte sua, & lętetur de labore suo? vtere ergo ętate, & in diebus senectutis tuę quiesces; Latronis memento qui paucis, & extremis verbis paradisum impetrauit. Et ego quidem non aquiescebam sermonibus istorum; sed ipsi me retinebant. Superbia cor, luxuria lumbos, gula guttur, Acedia pedes & manus tenebat, ne progredi possem: sed oculis tantum ad Regis Palatium prospiciebam: si forte veniret auxilium mihi. Iesum vocabam Luctā hanc ex muro videns Dux Regiæ militiæ, Fides dictus, & nomen Iesu audiens, prospexit extra cancellos, & dixit: Fidelis est iste, Iesum vocat, forte filius est perditionis. Et cōuersus ad me Credis in Deum; Credo, inquàm, ò Domine, adiuua incredulitatē meam. Mulieres iste deceperunt me, & apostataui. Tum ille: Fides tua saluum te faciet. Vis liber fieri, Volo inquàm Domine, sed infixus sum in limo profundi, & non est substantia. Vocauit ergo fides centurionem suum nomine pœnitentiam, & præcepit illi, vt curā mei habe-

haberet. Pœnitẽtia vero tres cordatos milites vocauit. Contritionem, confeſſ. & ſatisfactionem, & præcepit illis, vt me ad ſe adducerent. At illi dũ armantur armis graui bus, præmiſerunt celeriter duos armigeros. Dolorem animi, & odium peccati, qui accurrentes quærebant ex me, vis ſanus fieri? Ego vero reſpondi; velle adiacet mihi perficere autem non inuenio. Illi verò dixerunt. Accipit Dominus voluntatem, vbi non inuenit facultatem. Confide fili. Dum hæc loquuntur: superuenerunt tres milites, & audacter irruentes, cõtritio eripuit corde manu Gezi; confeſſio linguam de manu Raab; ſatisfactio manus de manu Epulonis. Et ait cõtritio: Dic tu prior iniquitates tuas, vt iuſtificeris, & propter pudorem flere non ceſſabam; Illæ vero ad me vultu non omnino blando. Noſter es, an aduerſariorum; ſigna Regis non videmus, & non potui reſpondere verbum, præ confuſione magna. Ille vero: Fletus quidẽ fletus pænitentis: ſed iſte cicatrices & vulnera transfugam, & rebellẽ oſtendunt. Ego verò toto corde ſuſpirans, væ mihi quia peccaui, & verè dereliqui, & vt erã dignus, adhuc non recepi: ſed tu Domine, ſi vis, potes me mundare. Interim ex interioribus

castris cõuenire multi cæperunt, vt finem viderent. Ego verò præ cõfusione magna, abscondere me volebam: Pœnitẽtia vero. Munus, inquit, meum aliud non est, quam vt in castra Regis redeũtes à sordibus abluam, & si vulnerati sunt, vinum & oleũ apponam, Nil enim coinquinatũ ingredi potest, in domum Regis nostri. Et præcepit Centurio militibus suis contritioni, confessioni, & satisfactioni, vt quacunq; parte pollutum, & vulneratum me illis ostendero, statim lauarent; & cathaplasma vnctionis apponerent, Illi verò vocauerunt tres Prothomedicos. Cõtritio vocauit ieiunium; confessio orationem, satisfactio, elemosinam; & consilium de me fecerunt: ieiunium dixit. Purgandus est, & dieta curandus; Oratio dixit, Vena secanda est in oculo, & ex aqua lachrymarum fiat balneum, in quo lauãdus est, elemosina dixit: vulnera hæc emplastris misericordiæ curabuntur: si potest vestes & tunicas applicabit, vt Thabita, si non potest, duo ęra minuta, vt vidua; vel aquę saltem calicem frigidæ, & vocauerunt Spem: vt in medicinis cooperaretur, & adfuit nobis, & cataplasmata vnctionis conficeret.

Dum hæc circa me fiunt, audiui voces intra

intra caſtra clamantium, & dicentium Salus Deo noſtro, & Agno: & cogitaui me non procul abeſſe à Regno Dei: & qđ hoc eſſet magnum illud gaudium Angelorũ de vno peccatore pœnitentiam agente, quam de 99. iuſtis: Ducebar itaq; ad ſecundam cuſtodiam à tota centurionis cohorte, reliquoq́; eius comitatu: Aderat autẽ & patientia, & abſtinentia, & vigilia, & humicubatio; & cilicium: & Diamaſtigoſis: & fuga ocij, & ſui contemptus. In ſecundam cuſtodiam ingreſſi, inuenimus caſtitatem, humilitatem, Pacem cum manſuetudine. Temperantiam cum ſobrietate ante ianuã Regis excubantes quę videntes me, & totũ pœnitentiæ comitatum circa me, manu porrecta, benigne ſalutarunt dicentes: da honorem Deo. Ecce priora tranſierunt, & noua facta ſunt omnia. Iam non erit amplius luctus, aut labor, ſed nec vllus dolor: quoniam priora tranſierũt. Et adiecit caſtitas verba conſolationis dicens; Et hæc quidem fuiſtis, ſed abluti eſtis, ſed iuſtificati eſtis, ſed ſanctificati eſtis in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, & in ſpiritu Dei noſtri, & oſculũ mihi ſingulæ dederũt.

Tum vero exiuit Anna, & cantauimus Domino hymnũ gratiarum actionis. Exul

tauit cor meum in Domino, & exaltatum est cornu meum in Deo meo: non est enim Sanctus, sicut Dominus, & non est fortis, sicut Deus noster, Dominus mortificat, & viuificat, deducit ad inferos & reducit, suscitat de puluere egenum, & de stercore eleuat pauperem. Et exilijt Dauid, & percutiebat in organis armigatis, & saltauit totis viribus ante Dominum. Et egressæ mulieres cantantes, chorosq; ducentes in tympanis lætitiæ & in systris. Egressa quoque est mulier & cõuocauit amicas, & vicinas dicens, Congratulamini mihi, quia inueni drachmam quam perdideram: & facta est omnium læticia magna nimis. Et præcurrens Humilitas, in tertiam custodiam: præfectum Regij Conclauis nomine Charitatem euocauit. Ille vero nõ quærens; quæ sua sunt, non cogitans malum, non gaudens super iniquitate, sed cõgaudens veritati, totus patiens, totus benignus, è Regis Conclaui exiliens; cecidit super collum meum, & osculatus est me, dicens ad circumstantes. Dominus dirigat corda vestra in charitate Dei, & patientia Christi. Congratulamini mihi, quia inueni ouem meam, quæ perierat. Ego verò gaudens & lætus. Viuit Dominus & viuit ani-

ma tua, quia non derelinquam te: & factus est in me quasi spiritus duplex: & quærebam vbi esset, quem diligit anima mea. Ille verò Regiæ domus Prefecto nunciauit, qui vocatur Misericordia. quod qui mortuus erat reuixit, & qui perierat inuentus est. Misericordia vero nunciauit collegæ, & socio suo Iustitię, & accesserunt ad me dicentes. Benedicat tibi Dominus & custodiat te. Ostendat faciem suam tibi, & misereatur tui. Conuertat Dominus vultum suum ad te, & det tibi pacem Ingredere in requiem tuam. quia Dominus benefecit tibi: & ad manum ducentes in Regis Conclaue introduxerunt. Ego verò stupens in visione glorię, & magnificētiæ summi Regis, cecidi in faciem meam, & adoraui Regem dicens: Rex in æternum viue. Tu es A & Ω. principium & finis, qui est, qui erat, & qui venturus est omnipotens. Tibi gloria, & imperium in sæcula sæculorum. Confitebor tibi quia terribiliter magnificatus es. Omnia in sapientia fecisti: quia vera & iusta iudicia tua Domine. Cōfirma hoc quod operatus es in me.

Et audiui vocem magnam de Throno dicentem verba fidelissima & vera. Ego sitienti dabo de fonte aquæ vitæ gratis. Qui

vicerit possidebit hæc, & ero illi Deus, & ille erit mihi filius. Et addidit dicens. Ecce sanus factus es. Vade, & amplius noli peccare. Et statim facta est, multitudo militiæ cœlestis, laudantium Deum & dicentium. Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus, bonæ voluntatis. Ego verò, cum dilatatum esset in me, cor meum, & impleta esset anima mea gaudio & lætitia, quoniam priora transierunt: locutus sum Domino verba carminis huius in die, in qua liberauit me de manu persequentis, & de manu mortis, & de manu doloris; & dixi.

Audite hęc omnes gentes, auribus percipite omnes qui habitatis terram.

Quique terrigenæ, & filij hominum, simul in vnum diues, & pauper.

Os meum loquetur misericordiam, & lingua mea narrabit iuditium.

Misericordias Domini in æternum cantabo, in generationem & generationem.

Magnus Dominus & magna virtus; & miricordiæ eius non est numerus.

Quia visitauit in virga iniquitates nr̃as, & in verberibus peccata nostra.

Congregauit super nos mala, & sagittas suas, compleuit in nobis.

Caſtigans caſtigauit nos in furore ſuo, & morti non tradidit nos.

Neque in finem oblitus eſt noſtri: nec faciem ſuam in finem auertit.

Nec longè receſsit in opportunitatibus, in tribulatione, nec repulit in ſempiternum Dominus.

Oſtendit mihi tribulationes multas & malas, & conuerſus viuificauit me.

Eduxit in latitudinē, & ſaluū me fecit, conuerſus eſt furor eius, & cōſolatus eſt me.

Miſericordia Domini, quia conſumpti nō ſumus quoniam in æternum, miſericordia eius.

Ego enim abominabilis, & inutilis homo, bibebam quaſi aquam iniquitatem.

Timor Domini receſsit à me quæ deſiderabant oculi mei, non negaui eis.

Nec prohibui cor meum ab omni iucunditate, & oblectatur in his, quæ deſiderabam.

Vtebar creatura tanquā in iuuentute, vino præcioſo, & pane delicato paſcebar.

Non fuit vita mea in cogitatione victus, cibis alienis alebam animam meam.

Et operuerat faciem meam craſsitudo, de lateribus meis aruina dependebat.

Cupiditates meæ, quaſi rota carri, fuerunt,

runt, & quaſi axis verſatilis cogitationes meæ.
Anima mea quodcunque voluit fecit, carnem, & mundum dilexit.
Subuerſum eſt cor meum in ſemetipſo, os Domini ad vindictam prouocaui.
Marceſcebat in memetipſo anima mea: & tu parabas mihi dies affectionis.
Congregabas ſuper nos mala, & neſciebã, ſagittas tuas parabas in eis.
Inebriabas ſagittas tuas ſanguine, gladius tuus acuebatur ad deuorandas carnes noſtras.
Nam qui deliquit in conſpectu eius qui fecit eum, incidet in manus medici.
Et dediſti mihi cogitare iuſtum iudicium tuum, iram, furorem, mortem, & infernum.
Ideo ſæpe in me conuerſus fui plorans, & oculus meus deducebat aquas.
Et tu quoque conuerſus viuificaſti me decorem poſuiſti, & circũdediſti lætitia.
Suſcitaſti à terra inopem, & de ſtercore erexiſti pauperem.
Collocaſti me cũ Principibus populi tui: in conſilio magnatorum poſuiſti.
In terra alienigenarum gentium habitabã in conſpectu præſidis tui apparebam.

Inter imperãtes populo viuebam: ſanctiſſima verba plebi tui nuntiabam.

Et iterum vt canis ad vomitum reuertebar, & volutabar in volutabro luti.

Et maledictus factus ſum apud te, quia dixi bonus eſt Dominus : & in ſpem veniæ peccaui.

Et exarſit in ira furor tuus,& confirmatus eſt , & induxiſti ſuper me amaritudines.

Extẽdiſti in furore dexteram tuam, & tetigiſti omnia quæ poſsidebam.

Et tetigiſti os meum,& carnem meam dolorem ad dolorem addidiſti.

Et tu Deus magnus vincens ſcientiam noſtrã : quis ſcrutari poterit conſilia eius.

Eleuaſti me ò cuſtos hominum,& quaſi ſuper ventum ponens , eliſiſti me.

Miſiſti contra me calumniam , & mendacium, oppreſſus ſum violentia , nec habui qui liberaret me .

Irruerunt in me falſi teſtes, inuaſerũt ſubſtantiam , & tulerunt eam Satrapæ.

Dixerunt,circumueniamus illum; quia inutilis eſt nobis præſentia eius.

Grauis eſt nobis hic alienigena, contumelia vexemus, & opprimamus.

Victum & amictum abſtulerũt, in ſterquilinium proiecerunt me.

Hæc

Hæc fecerunt, & ecce Dominus misit manum suam tetigit os meum, & cutem, & carnem.
Percussit me febri & frigore, ardore, & æstu nimio consumpsit me.
Dolores inferni circũdedit carni meæ, feruens, & fremens, sorbebam mortem.
Dies diem dolore superabat,& iterum lux lucem, & mensis mensem.
Gemens æstuabam in lectulo, apertæ mihi fuerunt portæ mortis, & ostia tenebrosa vidimus.
Appropinquabat corruptioni anima mea repleta est amaritudine, inebrieta est absynthio.
Et abominabilis factus est panis aĩæ meæ, & cibos desiderabiles horrebam.
Antequam comederem suspirabam, & cibus omnis olla colloquintidis erat.
Vinum non lætificabat me, nec panis confortabat cor meum.
Quasi putredo sic consumebar,& quasi vestimentum, quod comeditur à tinea.
Non consolabatur me lectulus meus, nec releuabar à dolore in stratu meo.
Si iacebam dixi, quando consurgã,& exurgens lectum desiderabam.
Replebar tota die doloribus, vsque ad tenebras

nebras, noctes laboriosas numerauisti.

Multa stultè locuta sunt labia mea verba nostra disciplinam non sonabant.

Loquebar quod ratio non suggerebat, cogitationes dissipatæ loquebantur, & errabant.

Dixi in dolore, si flagellat, occidat semel & non semper de pænis meis rideat.

Non enim fuit fortitudo mea vt sustinerē, nec caro mea, ænnea vt patienter agerem.

Destruxeras me vndique Domine, & peribam, & quasi euulsæ arbori, abstuleras spem meam.

Oppressit me dolor meus valde, & in nihilum redacti sunt omnes artus mei.

Veruntamen non vsque ad cōsumationem meam emisisti manum tuam.

Dixisti. Miserebor hominis, liberabo eū, vt non descendat in corruptionem.

Videbant amici quod morti tradebas me, vbi constituta est domus omni viuenti.

Et consolabuntur me verbis pacificis, super omni malo, quod intulit mihi Dominus.

Dixerunt, In tua infirmitate, Ne despicias te ipsum, sed ora Dominum, & da locū medico.

Etenim Dominus creauit illum, non discedat à te, quia opera eius sunt necessaria.
Altissimus creauit de terra medicinam, & vir prudens, non abhorrebit eam.
Venerunt, & dixerunt honorabiles medici. Non reuertetur oculus eius, vt videat bona.
Nec reuertetur vltra in domum suam, neque videbit faciem populi sui.
Sederunt & obstupuerunt, videbant enim esse dolorem vehementem.
Sagittas Domini in me viderunt, quarum indignatio ebibit spiritum meum.
Auulsa erat de tabernaculis nostris, omnis fiducia, calcabat sup me quasi Rex interitus.
Et tu Domine audiebas cum ingemiscebam. Dixi, Venit finis meus, & spes mea perijt.
Et dixi. peccaui Domine, & verè deliqui, & vt eram dignus, adhuc non recepi.
Surgam, & ibo ad patrem meum, confitebor illi in amaritudine animæ meæ.
Pater peccaui in cœlum & coram te, iam non sum dignus vocari filius tuus.
Confessus sum tibi peccata mea, sententiam puram, loquebantur labia mea.

Dixit enim ſeruus tuus. Ne demoreris in mœrore impiorum: ſed ante mortem confitere.

A mortuo non quaſi nil perit confeſsio, viuus & ſanus confitere, & laudabis Dominum.

Quia ſi abiecit forte & miſerebitur, quoniã non eſt numerus miſericordiæ eius.

Deus autem noſter locum dedit pœnitentiæ, vtinam ea non abutamur in ſuperbiam.

Et veniſti Domine ſub tectum meum non eram dignus, & pane Angelorum cibaſti animam meam.

Et deficiebant præ lachrymis oculi mei, conturbabantur in me viſcera mea.

Vocati præsbyteri orabant ſuper me, clamabant ad Dñm, & non exaudiebat.

Sacerdos ſeruus tuus vnxit me oleo ſanctificationis, viatico cœleſti donauit me.

Et propoſuit aſtantibus fiduciam dicens, cum ſe conſumptum putauerit, orietur vt lucifer.

Educet eum Dominus è tenebris, & producet in lucem vmbram mortis.

Attamen caro mea dolebat, latera mea, & nerui mei ſoluebantur.

Sed inſpiratio omnipotētis dedit medicis intelligentiam, erudiens illos inſpirauit diſciplinam, & amorem.
Sicut figulus ad opus ſuum ſolliciti ſedebant, conuertens pedibus ſuis rotam.
Ita fuit amor illorum in ſollicitudine, innumera fuit contentio eorum.
Vnguentarius fecit pigmēta, & ynctiones confecit ſanitatis.
Cataplaſmauit de maſſa butyri, ſuper vulnera mea potauit me margarita, & lapide prætioſo,
Humeri mei aiunctura ſuaca cadebant, brachia cum pedibus ſaniem mittebāt.
Induta eſt caro mea putredine: cutis mea arruit, & contracta eſt.
Dedit mihi deficientes oculos, & animam conſumptam mœrore, & erat vita mea quaſi pendens ante me.
Timebam nocte & die, & non credens vitæ meę, mane dicebam quis mihi det veſperum, & veſpere quis mihi det mane.
Vetuſtam fecit Dominus pellem meā, aſſimilatus ſum fauillæ & cineri.
Cutis mea denigrata eſt ſuper me, & oſſa mea aruerunt prę caumatę.
Principes noti, & amici veniebant, obſidebant in gyro lectulum meum.
Venie-

Veniebant, & ſtupebant, & ceſſabant loqui, digitum ſupponebant ori ſuo.

Dicentes, Deus proiecit eum, & non homo, & eleuantes oculos non cognoſcebant me.

Sedebat Princeps Battor: quaſi Rex circumſtante exercitu, cibum apponebat ori meo, & conſolabatur me.

Videbat mortem in venis, & oſſibus meis, dixit: Nequaquam iam vltra viuet, & lugebat.

Et vidi, quod melior eſt vicinus iuxta, quã frater procul.

Die ac nocte oratio fundebatur ſuper me, obmutuit os meum, & non loquebar verbum.

Defecerant oculi mei, cor meum & nerui mei quieſcebant, relinquerant me omnia ſigna vitæ.

Dixerunt qui viderũt, reſiduum annorum meorum venit, non videbit amplius in terra viuentium.

De mane vſque ad veſperam finiet illum Dominus, à mane vſq; ad veſperum obſeruabant hallitum meum.

Præciſa videbatur velut à texẽte vita mea, vita ſpiritus mei deficiebat.

Sed anima mea tibi viuebat. Dixi in cor-

de meo. In manus tuas commendo ſpiritum meum.
Planctum magnum fecerũt ſuper me, preſbyteri commendabant animam tibi Deus.
Moriebar & non eram mortuus, mortuus eram, & adhuc viuebam.
Eſtimatus ſum cum deſcendentibus in lacum, factus ſum ſicut homo ſine adiutorio.
Medici tamen laborabant in ſollicitudine, cibos ingerebant gutturi meo.
Vermes applicuerunt: venas ſecuerunt, vſque ad oſſa pedes, & manus igneuſſerunt.
Et tu Domine in interitu meo ridebas, ſicut in carcere per quinque dies clauſeras ſpiritum meum.
Vnuſquiſque in conſilio ſuo errauerat, ſapientia & ſcientia medici defecerat.
Vſque ad fundum ſoporis calicis biberã, potaſti me morte vſque ad fæces.
Sed ecce anima tua ò miſerator, & miſericors Domine, quodcunque voluit mecum hoc fecit.
Tentaſti me, & percuſſiſti me, rem, Regẽ, & vitam ademiſti mihi.
Repuliſti, deſtruxiſti, & recepiſti, iratus

es

es nobis, & misertus es nobis.

Ego enim post caumata euigilaui, & quasi qui colligit acinos post vindemiatores.

Vocaui seruos meos, & responderunt mihi, motus omnes labiorum notauerunt.

Verbis meis nil addere audebant, sed obseruabant eloquium meum.

Dixi fac hoc, & faciebant, eas, & ibant, veni & veniebant.

Cum bona voluntate seruiebant, cum timore & tremore in simplicitate cordis.

Si clamabam vim patiens, statim audiebant, vociferabam, & accurrebant.

Da illis Domine secundum voluntatem illorum in me, redde retributionem illis.

Nam qui seruat ficum, comedet fructus eius, & qui custos est Domini sui, glorificabitur.

Iam & ipsi dixerant, Dedit eum Dominus in manum, de qua non poterit surgere.

Multi clamauerunt ad te pro me Domine, da illi auxilium de tribulatione, quia vana salus hominis.

Adhuc loquebantur, & tu dixisti: Nunc consurgam, nunc exaltabor, nunc subleuabor.

Dixiſti. Ego ſum, ego ſum, & non eſt præter me ſaluator.
Extendens cœlos, & ſtabiliens terram, & nullus mecum.
Propter nomen meum, longe faciam furorem meum, & laude mea infrenabo te ne intereas.
Propter me, propter me fatiam, & gloriã meam alteri non dabo.
Audiui orationem ſeruorum meorum, & vidi lachrymas tuas, ecce adiiciã dies ſuper dies tuos.
Conuertam ſapientes retrorſum, & ſcientiam medicorum ſtultam faciam.
Eleuare, eleuare, confortare & conſurge, qui bibiſti de manu Domini calicem iræ eius.
Exurge & induere veſtimento ſalutis, indumento ſanitatis circumdabo te.
Sicut dixiſti Domine, ita factum eſt, vt notam faceres filijs hominum potentiam tuam.
Sicut fuit voluntas tua in cœlo, ita factum eſt, liberaſti animam meam ne pergeret in interitum.
Cecideram & non collidebar, quia tu manum ſuppoſuiſti, & quis reſiſtet ei.
Spiritus meus attenuatus erat, dies mei bre-

breuiabantur, & ſolum mihi ſupererat ſepulchrum.
Putredini dixi, pater meus es, mater mea, & ſoror mea vermibus.
Elegiſti mihi Domine dare vitam, & non mortem, vitam quam non habebã reddidiſti.
Et poſuiſti me Domine in ſignum cui dicetur. Perierat, & inuentus eſt: mortuus erat, & reuixit.
Menſe tandem octauo reſpiraui, reſurrexi, & adhuc ſum tecum.
Mirabilis facta eſt potentia tua in me, miſerator & miſericors Dominus, & quis ſimilis tibi.
Magnificatus es ò Domine vehementer. Domine Deus miſericordia tua in ſæculum ſæculi.
Benedictus es Domine qui facis mirabilia ſolus, & benedictum nomen tuum in ſecula, fiat fiat.
Cantabo tibi in Pſalmis Domine, pſallam Deo meo quam diu fuero.
Tibi dicit cor meum, Si bona ſuſcepimus, mala autem quare non ſuſtineamus.
Dominus dedit, Dominus abſtulit, ſicut Domino placuit ita factum eſt, ſit nomen Domini benedictum.

Iucundum ſit tibi ò Domine eloquiũ meũ, vitulos labiorum meorum ne deſpicias.
Benigne fac in bona volũtate animę meę, vt ædificentur muri vitæ meæ.
Tunc acceptabis ſacrificium oblationis, & holocauſti, tunc imponam ſuper altare tuum agnum ſine macula.
Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto. Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen.

F I N I S.

COLLEGII NEAP. SOCIETATIS IESV.

AD ILLVSTRISSIMVM STANISLAVM RESCIVM POLONORVM LEGATVM.

DVM tua condecorat nostrum præsentia limen
Splendet & aucta tuo, lumine nostra domus,
Patres pulchra tibi certant tua dicere facta
Quasque queunt cupido è pectore promere opes.
Succumbunt vires, cadit irritus, & labor omnis,
Nec tanto assurgunt, carmina digna viro

RESCI, si meritis æquari carmina debent

Arguta Aligerum, lingua vocãda chori.

AD EVNDEM.

PANDERE sacrarum seu te iuuat abdita rerum

Seu Sophiæ argutis inuigilasse notis.

Seu gaudes callere obitus, seu syderis ortus

Seu vaga Apollineis cõdere verba modis.

Seu latiæ præstat, Graiæ seu quærere linguæ

Flumina, seu priscũ gesta superba Ducũ.

Seu ruis in nostros calamo generosior hostes,

Qui fera mordaci prælia dente cient.

Omnia succedunt: cunctis te dotibus auxit

Natura, in titulos ambitiosa tuos.

Hinc procul este Sophi, procul este Haliconis alumni,

Quicquid habent oẽs, oĩa solus habes.

ΕΙ'Σ ΤΟ'Ν ΛΑΜΠΡΟ'ΤΑΤΟΝ ΚΑΙ' θεοσεβέστατον ἄνδρα τῆς ἐγκυκλίου παιδείας ὄντως θησαυρὸν κύριον Στανίσλαον τὸν Ρέσκιον τοῦ τῆς Πολωνίας Βασιλέως Λήγατον ἀξιοπιστότατον.

ΟΠΛΑ φέρεις κάλαμον, καὶ χάρτην, καὶ μέλαν ὑγρὸν,
Οἷσιν ἀκοντίζεις αἱρετικῶν τὸ γένος:
Σπεῦδε γράφων, κεῖνοι μᾶλλον τρομέουσι βελέμνοις
Περσῶν, ἢ Σκυθῶν, ταῦτα τὰ τοξάρια.

ΠΡΟ'Σ ΤΟ'Ν ΛΑΜΠΡΟ'ΤΑΤΟΝ, καὶ σοφώτατον Στανίσλαον τὸν Ρέσκιον τοῦ τῆς Πολωνίας Βασιλέως Λήγατον:-

ΔΗΜΗ'ΤΗΡ πολλοί, ψεύδως τάχα, τοῦτο λέγουσιν,
Πεινῶσ' ὅτι φίλον σῖτον ἔδωκε βροτοῖς.
Αὐτὸς δ' ἀνθρώπων ψυχαῖς ὅτι καρποφόρησας
Τοῦτο σαφῶς δηλοῖ δέσμις ἢ ἀσταχύων.
Ἡ ἀρετή, σοφία τ' ἦν καρπὸς σός. τί δὲ μεῖζον
Ἔστι, τροφὴν ψυχαῖς, ἢ δέμασιν φορέειν;

IN LIBROS, ET SCRIPTA EIVSDEM.

In vitam Hosij Cardinalis.

HEROIS *magni laudes & fortia facta*
Descripsit lepida sedulus arte liber.
Sed mores HOSII *melius verumq; laborem*
Finxisti RESCI, *moribus ante tuis.*
Cuncta STANISLAO *similis, nomenq; fidesq;*
Nec potis est, maneat dum tibi vita, mori.
At tu magna rafers memores in nomina chartas
Post cineres etiam viuat vt ille tuos.

IN ADMONITIONEM POLONICAM.

Ad Varsauienses.

DVX *animos acuit generosæ pubis in hostes*
Armaq; in armatos, hæc gerit, ille regit.
Munit ab insidijs tacita sub nocte luporum
Peruigil, inducto tegmine, pastor oues.
Tabificos morbus totos dum colligit artus
Optatæ medicus comparat artis opem.
Curio sublimi depellit voce prophanos
Nec sinit obscænas lædere sacra manus.
Raucisonos coro vndarum miscente tumultus
Monstrat inexpertis nauta salutis iter.

Patris

Patris in amplexu natorum cura tenetur
Pro quibus est gratum viuere, dulce mori.
Qui facit hæc igitur vobis est RESCIVS *vnus*
Dux, pastor, medicus, curio, nauta, pater.

IN SPONGIAM PRO SOCIETATE IESV.

I*VRA mihi, nomenq; parens effinxit* IESVS
Impius euomuit, tetra venena furor.
Comprimis has, RESCI, *furias, & me mihi reddis*
Haud seruasse fuit, quam posuisse minus.

IN MINISTROMACHIAM.

O *Quæ tartarea diros à sede Ministros*
Permetuis, iam nunc exue Roma metũ,
Vna vicem manus vlta tuam est, ac obruit armis
RESCIVS, *infandum, quæ tulit ipse gregem.*
Aspicies miseram per mutua vulnera cladem
Dum ruit hic, sternit, dum ferit ille cadit.
Ne viles animæ macularent sanguine dextram
Vltoris, telis interiere suis.

IN PARAPHRASIM SEPTEM PSALMORVM.

T RISTIA *quæ cecinit Iessaeus carmina vates*

Fracta magis gemitu, quam ſociata modis.
Complerunt querulis reſonantia vocibus antra
Et potuere ſuo frangere ſaxa ſono.
Nunc nimio vix vox queſtu ſe languida fundit
Vixq; manus lento verbere tangit ebur.
Tu liquidis, RESCI, voces has vocibus auges
Vt ſurda quamuis impius aure bibat.
Sontibus innocuos queſtus, ſed queſtibus addens
Efficis, vt vox, quæ luxerat antè, canat.

IN SERMONE DE SACERDOTIO.

IPSA *tuum miratur opus natura Sacerdos,*
Ars ſtupet, exhorret tartarus, aſtra colunt.
Et tua cum pietas ſecum ſua munera voluit
Diſtrahitur curis, hinc auet, inde pauet.
Formidat; ſuperos cum contemplatur honores:
Et cupit ad terras cum trahit ore Deum.
Quid faciet, meriti cum tanti præmia creſcent
Impedietq; ſacrum, rubra tiara caput.

IN ATHEISMOS ET PHALARISMOS.

EFFERA *vis, ſcelerata manus, veſana libido*
Sæuum cor, dirum virus, acerbe furor.
Immitis rabies, atrox mens, ira cruenta,

Execranda lues, trux ſitis, atra fames.
Inſectare, feri, tenta, freme, perde, trucida,
Vre, ſeca, bacchare, infice, ſuge, vora.
Intenta maledicta minas, conuitia, probra,
Vincula, flagra, rotas, mõſtra, venena, cruces.
Contemnit tua tela fides. Quid robore poſſit
Si pia tot vires, frangere lingua poteſt.

IN PIA PROGIMNASMATA.

VIS *agit Herculeã, ſi deſit pugna, palæſtrã,*
Maius & obiecto robore, robur habet.
Siue tenet belli rabies, ſeu detonet ardor,
Arma foris vibrat, fulminat arma domi.
Aut domat hoſtiles vires, aut ſternit amicas
Ac validum Martis ſponte laceſſit opus.
Sic tua perpetuò RESCI, *certamine virtus*
Se ſtimulans, vires ſemper in arma nouat.
Quamq; parit reliquis pugna ac victoria palmam
Hanc non tantum illi pugna palæſtra parit.

IN LIBRVM EPISTOLARVM.

SCRIBENTIS *mores effingit epiſtola, qualis*
Eſt animus, tales explicat illa notas.
Virtus an vitium hoc lateat ſi fortè libello;
Neſcis, aſpicæ quæ nomina fronte gerat.
Aut alta ſecum cœleſtia mente volutat
RESCIVS, *aut ſoluit vocibus ora pijs.*

IN STEMMA EIVSDEM.

SPICA *tuas laudes, ſub acutis texit ariſtis,*
Illinc ne raperent inuida roſtra dapem.
Sed fuit hoc olim, nunc cum tua gloria vero
Sit minor è ſpica, ſi libet arma mete.
Scilicet exhibitos, qui iam ſuper extat honores
Inuidiæ fruſtra vilia tela timet.

IN NOMEN EIVSDEM ANAGRAMMATISMI.

Ars ſalus ſcientis.

NON *omnis ars ſcientis eſt ipſi ſalus*
Si prauum in vſum torſerit.
Sed RESCIO *qui vertit in bonum,* SALVS
Scientis Ars eſt maxima.

RECTVS AN VIS LASSIS.

ERIGERE *abiectos quiſquis cupit ilicet ille*
Vt queat hoc fungi munere rectus eat.
STANISLAVS *amat vim* RESCIVS *addere laſſis*
Et facit æterna, quod parat auctus ope.
Hunc igitur qui voce cies, ſi noueris addes
AN RECTVS LASSIS VIS *mage fortis erit.*

LAVS SANCTIS SERVIS.

MAEONIDES *canit Aeaciden, ſed fabula miſta*

In dubium potuit fortè vocare fidem.

LAVS SANCTIS SERVIS *docta est tua pagina* RESCI

Hic amor, hic fulsit non simulata fides.

SCIENS VSVS ALTARIS.

SVNT *qui scientes multa se iustè viros*

Esse eruditos clamitant

VSVS SCIENS ALTARIS *addit* RESCIVS

Satis hoc superq; sit mihi.

CLARVS IN IESVITAS.

IESVITAS *clarus in suos ope,*

Sermone, mente, pagina.

SAL SVSCITANS VIRES.

MVSAS *sopitas suscitauit* RESCIVS

Proinde dein SAL SVSCITANS VIRES *erit.*

DE EODEM IOANNIS FAELICIS Herborti de Fulstin, Equitis Poloni.

SANIS RECTA SALVS.

NEC *ventos medio in mari furentes*

Nec nudus timeo hostium cateruas

Solus in Lybia Lydiaq; tosta

Cesio veniam obuius Leoni.

SANIS RECTA SALVS, *quietus omni*

Viuit terra animus, piusq; bonusq;

Ignarusq; doli, malaeq; fraudis.

Laus Deo, & Virgini Matri Mariæ.

Errata sic corrige.

Nu. 4.	Ver. 2.	pro ſecurè	ſecurum
Nu. 14.	Ver. 6.	pro curas	iuras
Nu. 15.	Ver. 24	pro factibus	faſcibus
Nu. 19.	Ver. 22	pro quo	quod
Nu. 20.	Ver. 7.	pro menſe	mens
Nu. 42.	Ver. 10	pro nomen	omen
Nu. 43.	Ver. 5.	pro Auguſtinus	Ambroſius
Ibid.	Ver. 11	pro ſua	ſui
Nu. 44.	Ver. 16.	dele	de
Ibid.	Ver. 17	antè æmulis,	adde de
49.	Ver. pe.	pro arcem	artem
53.	Ver. 7.	poſt tamen, adde,	& animo
Ibid.	Ver. 10	dele	animo
60.	Ver. 1.	pro reptta	reputa
62.	Ver. 26	pro perturbantur	perturbabuntur
75.	Ver. 3.	pro Magiſtum	Magiſtrum
99.	Ver. pe.	pro Flerendum	flere dum
108.	Ver. 9	dele	lumen
109.	Ver. 2	pro num	nunc
Ibid.	Ver. 14	pro ſtationem	ſtatione
Ibid.		pro amiſerit	emiſerit
113.	Ver. 7.	pro Academio	Academico
Ibid.	Ver. 20	pro laboris	labris
117.	Ver. 5	pro ambetio	ambitio
123.	Ver. 2	pro herba	herbam
Ibid.	Ver. 25	dele	ſemper
Nu. 125.	Ver. 2.	pro aſſiſtens	aſſiſtentes
Ibid.	Ver. 19	pro poæceptor	præceptor
Nu. 127.	Ver. 6.	pro egeſtate	egeſtati
Ibid.	Ver. 7.	pro ugulis	iugulis
Ibid.	Ver. 9.	pro virtutes	virtutis
Ibid.	Ver. 18	pro interfueret	interfuerit
Nu. 128.	Ver. 23	pro alterum	alter alterum

132. Ver. 8.	pro	vitia	vita
138. Ver. 20	pro	martyrium	martyrum
Ibid. Ver. 22	pro	flamans	flammas,
Nu. 139. Ver pe.	pro	vita	vitam
146. Ver. 13	pro	quum	quin
153. Ver. 13	pro	publice	publicæ
160. Ver. 26	pro	me	ne
165. Ver. 13	pro	Magiſtrarum	Magiſtratum
166. Ver. 19	pro	depoſuiſſet	merſiſſet
Ibid. Ver. 22	pro	Liſmanius	Liſmaninus
167. Ver. 2.	pro	partibui	partibus
169. Ver. pe.	pro	Ambroſis	Ambroſios
173. Ver. 3.	pro	vaſtom	Vaſtum
179. Ver. 18.	pro	intixerit	intinxerit.
Ibid. Ver. 24	pro	Catgedris	Cathedris
Nu. 181. Ver. 3.	pro	Galuben	Glauben
189. Ver. 14	pro	libris	libri
Ibid. Ver. 22	pro	ſuis	ſui
190. Ver. 19	pro	iuſta	inſta
192. Ver. vl.	pro	ſemones	ſermones
196. Ver. 22	pro	neleritate	celeritatė
197. Ver. 22	pro	dileritate	liberalitate
204. Ver. 15	pro	tuam	tutam
Ibid. Ver. 17	pro	clariſſimorum	claſſicorum
Ibid. Ver. 18	pro	liter	litui
Nu. 205. Ver. 8.	pro	vlncere	vincere
212. Ver. 8.	pro	erudienda	erudiendæ
214. Ver. 14	pro	Hetruci	Hetruſci
218. Ver. 7.		dele	ri
Ibid. Ver vlt.	pro	ſæpè	ipſe
220. Ver. 12	pro	pauciores,	dele quæ
Ibid. Ver. 24	pro	hauriemus	hauriremus
223. Ver. 14	pro	ingenius	ingenuis
228. Ver. 19	pro	mentes	mentis
233. ver. 20	pro	inueire	inuenire

315.	Ver.21	pro	ſpiulis	ſpiulis
Ibid.	Ver.19	pro	fetulantes	fetulentas
328.	Ver.pe.	pro	togatullos	togatulos
329.	Ver.16	pro	commodionem	commodiorem
333.	Ver.25	pro	imminebit	imminebat
334.	Ver.2	pro	fortiſſimum	fortiſſimus
340.	Ver.14	pro	agentium	egentium
344.	Ver.3	pro	Arago.	Aragoniæ
346	Ver.vl.	pro	corpores	corporis
349.	Ver.15	pro	Senatotum	Senatorum
352.	Ver.1	pro	Opaleriſki	Opalinſki
354.	Ver.1	pro	inuidiorum	inuidorum
355.	Ver.6	pro	tibi	pone in
356.	Ver.12	pro	Huſtlæ	Huſſitæ
357.	Ver.12	pro	moderata	circumſpecta
359.	Ver.9	pro	præcipuo	præcipuè
360.	Ver.9	pro	mereres	mereris
363.	Ver.5	pro	inulſa	mulſa
Ibid.	Ver.6	pro	nutes	nuces
370.	Ver.8	pro	Battoris	Battori
375.	Ver 11	pro	his	hic
376.	Ver.15	pro	inodoſum	in nodoſum
377.	Ver.1	pro	noſter	ponè Gotthus
382.	Ver.7	pro	tene	tenes.
387.	Ver.pe.	pro	perſcribere	proſcribere
389.	Ver.13	pro	collocatui	collocauit
391.	Ver.15	pro	ſuperaſſe	ſuper eſſe
394.	Ver.19	pro	animæ	anime
395.	Ver.4	pro	quam	qua
367.	Ver.13	pro	naſcunt	naſcuntur
Ibid.	Ver.17	pro	propter ætates	præter ætatis
398.	Ver.vl.	pro	Galliæ	Gallia
406.	Ver.11	pro	perfecerim	profecerim
Ibid.	Ver.4	pro	admoueri	admoueri
409.	Ver.20	pro	præfixiſte	præfixiſti

234.	Ver. 20	pro	censeo, adde, vt Vulcano litent	
235.	Ver. 3.	pro	obstruseris	obtruseris
Ibid.	Ver. 19	pro	flouem	florem
244.	Ver. vl.	pro	salum	salutem
247.	Ver. 4.	pro	extare	exarare
Nu. 248.	Ver. 1.	pro	tabules	tabulis
254.	Ver. 25	pro	quieem	quidem
256.	Ver. 6.	pro	tuplex	triplex
258.	Ver. 16	pro	fanais	facies
Ibid.	Ver. 24.	pro	venerationem	venationem
260.	Ver. 22	pro	Sybarititas	Sybariticas
264.	Ver. vl.	pro	protacius	procaciùs
268.	Ver. 12	pro	parcus	parciùs
272	Ver. 3.	pro	Ghorgius	Georgius
274.	Ver. 19	pro	Romani	Romam
275.	Ver. 23	pro	vestibus	vectibus
276.	Ver. 12	pro	Aream, Sancti Petri vocant	
277.	Ver. 8.	pro	suam	sua
278.	Ver. 3.	pro	inritante	imitante
Ibid.	Ver. 23	pro	arsificium	artificum
Ibid.	Ver. 26.	pro	tuorum	torum
280.	Ver. 10	pro	autem	adde tam
284.	Ver. 18	pro	illi	adde suæ
Ibid.	Ver. 25.	pro	seueuissimè	seuerissimè
285.	Ver. 7.	pro	Torandem	Iornandem
Ibid.	Ver. 14	pro	tuas	tutas
Ibid.	Ver. 17	pro	calcum	calcem
286.	Ver. 16	pro	Tornandes	Iornandes
290.	Ver. 10	pro	mollis	nullis
301.	Ver. 23	pro	saltatouos	saltatorios
302.	Ver. 6.	pro	Pouodouico	Pouodouio
309.	Ver. 2.	pro	transmaria	transmarina
Ibid.	Ver. 5.	pro	psaltris	psaltriis
312.	Ver. 12	pro	calles	callos
314.	Ver. 7.	pro	dieit	dicit

410.	Ver.15	pro	fœditas	fætidas
411.	Ver.24	pro	laboraret	laboret
413.	Ver.pe.	pro	existimandi	existimaui
Ibid.		pro	oculos	oculis, dele meis
415.	Ver.6	pro	vero	viro
Ibid.	Ver.7	pro	dele	enim
416.	Ver vl.	pro	quod adde	simile
425.	Ver.24	pro	Mellorum	melleorum
426.	Ver.10	pro	pequones	pepones
Ibid.	Ver.16	pro	congruum	congrum
Ibid.	Ver.17	pro	Antrocides	Androcides
430.	Ver.16	pro	Fægrei	Flegrei
Ibid.	Ver.19	pro	Tuncariæ	Iuncariæ
435.	Ver.4	pro	proxima	proximam
430.	Ver.17	post	Abdi. adde.	Regis
438.	Ver.17	pro	cum	eum
439.	Ver.18		dele.	Sed
Ibid.	Ver.1.	dele	dummodo vel in limine sedem?	
Ibid.	Ver.10	pro	quibus	quidem
443.	Ver.3.	pro	garro	garrio
Ibid.	Ver.pe.	pro	tua	tuas
444.	Ver.1.	pro	aurum	durum
445.	Ver.16	pro	ille	illæ
Ibid.	Ver.21	pro	prædiscendus	perdiscendas
447.	Ver.10	pro	oporas	operas
448.	Ver.3.	pro	ducatos	ducaeorum
449.	Ver.2.	pro	paracticos	practicos
450.	Ver.14	pro	triuemibus	triremibus
Ibid.	Ver 26	pro	mundicare	mendicare
451.	Ver.14	pro	ministrant	ministrat
452.	Ver.9.	pro	ducatos	ducati
453.	Ver.8.	pro	voluntatis	volontates
454.	Ver.10	pro	qui	quæ (milliũ
455.	Ver.15	pro	400 mila.	quacringentorũ
456.	Ver.2.	pro	courepto	concepto

457.	Ver. 22	pro	ſoper	ſupra
459.	Ver. 6	pro	vt	et
460.	Ver. 15	pro	ſtura	ſtata
467	Ver. pe.	pro	Cardinalitia	Cardinalitiam
480.	Ver. 1	pro	Menti	Benti
491.	Ver. 3	pro	à te	ad te
492.	Ver. 19	pro	ſolisq;	ſoliq;
493.	Ver. 12	pro	ſua	ſuo
Ibid.	Ver. 14	pro	audira	audire
494.	Ver. 19	pro	vtrorum	virorum
Ibid.	Ver. 10	pro	bona	bonæ
497.	Ver. 22	pro	magnis adde	ſemper
498.	Ver. 14	pro	duxeris	duxeris
499.	Ver. 22	pro	Milſcadis	Milo cadis
500.	Ver. pe.	pro	æternæ	cæteræ
Ibid.	Ver. vl.	pro	confloreat	non floreat
504.	V. 3	pro	patiebantur	paatiebatur
505.	Ver. 16	pro	Hereulis	Herculis
506.	Ver. 14	pro	at	ad
728.	Ver. 5	pro	Clementē viij.	pone Clem. vij.
729.	Ver. 15	pro	preparet	præparet

REGESTVM.

¶ ABCDEFGHIKLMNOPQRS
TVXYZ.
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk.
A B C D E F G H I.

Omnes sunt integra folia, præter ¶, & H, quæ sunt semifolij.

Imprimatur. Ardicinvs Biandrà
Vic. Gen. Neap.

M. Cherub. Veroñ August. Theol.
Archiepisc. Neap. vid.

Ex Officina Horatij Saluiani.

NEAPOLI, Apud Io. Iacobum Carlinum, & Antonium Pacem. 1594.


FRANGERE FRANGVNT
CONANTIA